do cognoscetis eũ: et vidistis eũ.
Dixit ei philippus. Dñe / ostende
nobis patrẽ: ⁊ sufficit nobis. Di-
xit ei iesus. Tãto tẽpoꝛe vobiscũ
sum: ⁊ non cognouistis me. Phi-
lippe / qui videt me: videt ⁊ patrẽ
B. meũ. Et quomodo tu dicis: ostẽ-
de nobis patrẽ. Nõ credis qꝛ ego
in patre: ⁊ pater in me est. Uerba
que ego loquoꝛ vobis: a meipso
nõ loquoꝛ. Pater autẽ in me ma
nẽs: ipse facit opa. Nõ creditis /
qꝛ ego in patre: ⁊ pater in me est.
Alioquin ꝓpter opera ipsa credi-
te. Amen amẽ dico vobis: q̃ cre-
dit in me / opa q̃ ego facio ⁊ ipe fa
ciet. Et maioꝛa hoꝝ faciet: quia
ego ad patrẽ vado. Et q̃dcũꝗ pe
tieritis patrẽ in noie meo / hoc fa
ciã: vt glorificet̃ pr̃ in filio. Si q̃d
petieritis in noie meo: hoc faciã.
Si diligitis me: mãdata mea ser
uate. Et ego rogabo patrẽ ⁊ aliũ
paraclytũ dabit vobꝭ: vt maneat
vobiscũ in eternũ. Spiritũ veri-
tatis quẽ mũdus nõ potest cape:
C. qꝛ nõ videt eum / nec scit eũ. Uos
autẽ cognoscetis eũ / qꝛ apd̃ vos
D. manebit: et in vobis erit. Nõ re-
linquã vos orphanos / veniã ad
vos adhuc modicũ: ⁊ mũdus me
iam nõ videt. Uos aũt videbitis
me: qꝛ ego viuo ⁊ vos viuetꝭ. In
illo die vos cognoscetꝭ / qꝛ ego sũ
in pr̃e meo: ⁊ vos in me / et ego in
vobꝭ. Qui hꝫ mãdata mea / ⁊ ser
uat ea: ille est qui diligit me. Qui
aũt diligit me: diligit̃ a pr̃e meo.
Et ego diligã eũ: ⁊ manifestabo
ei meipm̃. Dixit ei iudas / nõ ille
scariothis. Dñe / q̃d factũ est / qꝛ
manifestaturꝰ es teipm̃ nobis / ⁊
nõ mũdo. Rñdit iesus: ⁊ dixit ei.
Si quis diligit me: sermonẽ meũ
seruabit. Et pr̃ meꝰ diliget eũ: et
ad eũ veniemꝰ / et mãsionẽ apud
eum faciemꝰ. Qui nõ diligit me:
sermones meos non seruat. Et
sermonẽ quẽ audistis nõ est meꝰ
sed eius qui misit me patris. Hec
locutꝰ sum vobis: apud vos ma
nẽs. Paraclytus autẽ spũssctũs
quẽ mittet pater in noie meo: ille
vos docebit oia: ⁊ suggeret vobꝭ
oia quecunꝗ dixero vobis. Pacẽ
relinquo vobis: pacẽ meã do vo-
bis. Non quomodo mũdus dat:
ego do vobis. Non turbet̃ coꝛ ve
strũ: neꝗ foꝛmidet. Audistis / qꝛ
ego dixi vobis: vado et venio ad
vos. Si diligeretis me gaudere-
tis vtiꝗ / quia vado ad patrẽ: qꝛ
pater maioꝛ me est. Et nunc dixi
vobꝭ priusq̃ fiat: vt cũ factũ fue-
rit credatꝭ. Iã nõ multa: loquar
vobiscũ. Uenit eĩ princeps mũ-
di huius: ⁊ in me nõ habet quic̃q̃
Sed vt cognoscat mũdus / qꝛ di-
ligo patrẽ: ⁊ sicut mãdatũ dedit
michi pater sic facio. Surgite: ea
mus hinc. ¶ Feria.vj.in die pa-
rasceues dicta hoꝛa nona: acce-
dat sacerd̃. ad altare / indutꝰ ve-
stibꝰ sacerdotalibꝰ: in casula ru-
bea / cũ dyacono ⁊ subdyacono ⁊
ceteris ministris altaris qui oẽs
sint albis cũ amictibꝰ induti sine
tunica: dictaqꝫ oratiõe dñica. sta-
tim ꝓcedat accolitꝰ alba indutꝰ
ad legendũ hanc lectionẽ ad gra
dum choꝛi sine titulo hoc modo.
IN tribulatiõe sua mane cõ Osee.
surgẽt ad me. Uenite ⁊ re- ca.vj.
uertamur ad dñꝫ qꝛ ipe cepit ⁊ sa A.
nabit nos: ꝑcutiet ⁊ curabit nos.

Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos / et viuemus in conspectu eius. Sciemus sequemurq; vt cognoscamus dominũ. B. Quasi diluculum preparat⁹ est egressus eius: et veniet quasi ymber nobis tẽporaneus / et serotinus terre. Quid faciam tibi effraym? Quid faciã tibi iuda? Misericordia vr̃a quasi nubes matutina: et quasi ros mane ptransiens. C. Propter hoc dolaui in pphetis: et occidi eos in verbis oris mei: et iudicia mea quasi lux egrediet. Qr miam volui et nõ sacrificiũ: et scientiã dei plusq̃ olocaustũ. Chor⁹ alternatim dicat tractũ sequentem. Tractus.

Abachuc. 3.c.A. et oia infra.

Domine audiui auditũ tuũ / et timui: ɔsideraui opa tua et expaui. V. In medio duum aialiũ innotesceris: dũ appropinquauerint anni cognosceris / dum aduenerit tẽpus ostenderis. V. In eo dum cõturbata fuerit aia mea: in ira mie memor eris. V. Deus a libano veniet: et sanctus de monte vmbroso et condenso. V⁹. Operuit celos maiestas eius: et laudis eius plena est terra. Sequatur oratio sine Dñs vobiscũ. sed tñ cum Oremus. et Flectam⁹ genua Leuate. Oro.

Deus a quo et iudas proditor reat⁹ sui penã et ɔfessionis sue latro premiũ sumpsit: ɔcede nobis tue ppiciatiõis effectũ: vt sicut in passione sua iesus xp̃s dñs noster diuersa vtrisq; intulit stipendia meritorũ: ita nobis ablato vetustatis errore: resurrectionis sue gratiã largiat. Qui tecũ viuit et regnat. Subdyaconus legat hanc lectionẽ ad gradum chori sine titulo hoc modo.

Exodi ca.xij. A.

Dixit dñs ad moysen et aaron i terra egypti. Mẽsis iste vobis pricipiũ mẽsiũ: primus erit in mẽsib⁹ anni. Loquimini ad vniuersũ cetũ filior israel: et dicite eis. Decima die mẽsis hui⁹: tollat vnusquisq; agnũ p familias / et domos suas Sin autẽ minor est numer⁹: vt sufficere possit ad vescẽdũ agnũ / assumat vicinũ suũ q̃ cõiũct⁹ est domui ei⁹ iuxta nũerũ aiarũ q̃ sufficere possint ad esum agni. Erit enĩ agn⁹ absq; macula: mascul⁹ annicul⁹. Iuxta quẽ ritũ tolletis et hedũ: et seruabitis eũ vsq; ad quartãdecimã diẽ mẽsis hui⁹. Immolabitq; eũ vniuersa multitudo filiorũ israel ad vesperã: sumẽtq; de sãguie agni / ac ponẽt sup vtrũq; postẽ et in supliminarib⁹ domor in qb⁹ cõedẽt illũ. Et edent carnes nocte illa as- B. sas igni: et azimos panes cũ lactucis agrestib⁹. Non comedetis ex eo crudũ qd: nec coctũ aqua: sz assum tãtũ igni. Caput cũ pedibus ei⁹ et intestinis vorabit: et os eius nõ ɔfringetis / nec remanebit quicq̃ ex eo vsq; mane. Si qd residuum fuerit: igne cõburetis. Sic autẽ comedetis illũ. Renes vestros accingetis: et calciamẽta habebitis in pedib⁹ / tenẽtes baculos in manibus. Et comedetis festinãter. Est enim phase: id est transitus dñi. Chor⁹ alternatim dicat tractũ sequentẽ. Tractus.

Psal. cxxxix. et oia infra.

Eripe me dñe ab hoie malo: a viro iniquo libera me. V. Qui cogitauerunt malicias in corde: tota die constituebant prelia. V. Acuerunt linguã suã sicut serpentes: venenũ aspidũ sub labiis eorũ. V. Custodi me dñe de

manu peccatoris: & ab hoibus iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerūt supplātare gressus meos: absconderūt superbi laqueum michi. ℣. Et funes extēderūt in laqueū pedibus meis: iuxta iter scandalū posuerūt michi. ℣. Dixi dño deus meus es tu: exaudi dñe vocē orationis mee. ℣. Dñe dñe virtus salutis mee: obūbrasti caput meū in die belli. ℣. Ne tradas me a desiderio meo peccātori: cogitauerūt aduersum me/ ne derelinquas me/ nequādo exaltentur. ℣. Caput circuitus eorū: labor labiorū ipsorū operiet eos. ℣. Verūtñ iusti cōfitebunt nomini tuo: et habitabūt recti cū vultu tuo.

¶ Sequatur passio/ sine Dñs vobiscū. et sine titulo hoc modo. m.

Johā. xviij. A. Egressus est Jesus cū discipulis suis trās torrentē cedron/ vbi erat ortus: in quē introiuit ipse/ & discipuli ei⁹. Sciebat aūt & iudas q tradebat eū locū: qr frequēter ies⁹ cōuenerat illuc cū discipulis suis. Judas ergo cū accepisset cohortē/ & a pontificibus & phariseis ministros: venit illuc cū laternis/ & facibus/ et armis. Jesus itaq sciens oia que ventura erāt sup eū: processit & dixit eis. b. Quē queritis? m. Respōderūt ei. a. Jesum nazarenū. m. Dixit eis ies⁹. b. Ego sum. m. Stabat autē & iudas q tradebat eū: cum ipsis. Ut ergo dixit eis ego sum: abierunt retrorsum/ et ceciderūt in terrā. Iterū ergo iterrogauit eos. B. b. Quē queritis? m. Illi autē dixerunt. a. Jesum nazarenū. m. Respondit iesus. b. Dixi vobis/ qr ego sum. Si ergo me queritis: sinite hos abire. m. Ut impleret sermo quē dixit: qr quos dedisti michi nō perdidi ex eis quēq. Symon ergo petrus habēs gladium eduxit eū: & percussit pontificis seruū: et abscidit auriculā ei⁹ dextrā. Erat autem nomē seruo malchus. Dixit ergo iesus petro b. Mitte gladiū tuū in vaginā. Calicē quē dedit michi pater: nō vis vt bibā illū? m. Cohors ergo et tribunus & ministri iudeorū cōprehēderūt iesū & ligauerūt eū: et adduxerūt eū ad annā primū. Erat enim socer cayphe: q erat pōtifex anni illius. Erat autē cayphas C. q cōsiliū dederat iudeis: qr expedit vnū hoiem mori p pplo. Sequebatur autē iesum symon petrus: & alius discipulus. Discipulus aūt ille erat notus pontifici: et introiuit cū iesu in atriū pōtificis. Petrus autē stabat: ad ostiū foris. Exiuit ergo discipul⁹ ali⁹ qui erat not⁹ pōtifici & dixit ostiarie: & itroduxit petrū. Dixit ergo petro ancilla ostiaria. a. Nūqd & tu ex discipulis es hoīs istius? m. Dixit ille. a. Nō sum. m. Stabāt

autē serui & ministri ad prunas/ q2 frigus erat: & calefaciebāt se.
D. Erat autē cū eis & petrus stās: & calefaciēs se. Pōtifex ergo interrogauit iesum de discipulis suis: et de doctrina ei⁹. Rñdit ei iesus. b. Ego palā locutus sum mūdo. Ego semp docui in synagoga/ & in tēplo quo oēs iudei cōueniūt: et in occulto locutus sum nichil. Quid me iterrogas? Interroga eos q audierūt qd locut⁹ sū ipis Ecce hi sciunt: q dixerim ego. m. Hec autē cū dixisset: vn⁹ assistēs ministrorum dedit alapā iesu dicēs a. Sic rūdes pōtifici? m. Rñdit ei iesus. b. Si male locut⁹ sum: testimoniū perhibe de malo. Si autē bene qd me cedis? m. Et misit eū annas ligatū: ad cayphā pōtificē. Erat aūt symon petr⁹ stās: &
E. calefaciēs se. Dixerūt ergo ei. a. Nūqd & tu ex discipulis ei⁹ es? m. Negauit ille: & dixit. a. Nō sum. m. Dixit ei vn⁹ ex seruis pōtificis cognat⁹ eius cui⁹ abscidit petrus auriculā. a. Nōne ego te vidi i orto cū illo? m. Iterū ergo negauit petrus: & statim gallus cātauit. Adducūt ergo iesū a caypha in pretoriū. Erat autem mane. Et ipsi nō introierūt in pretoriū/ vt nō cōtaminarentur: sed māducarent pascha. Exiuit ergo pylatus ad eos foras: & dixit. a. Quā accusationē affertis aduersus hominē hūc? m. Respōderūt: & dixerunt ei. a. Si nō esset hic malefactor: nō tibi tradidissemus eū. m.
F. Dixit ergo eis pylat⁹. a. Accipite eū vos: & scdm legē vestrā iudicate eū. m. Dixerūt ergo ei iudei. a. Nobis nō licet: interficere quē q̄ m. Ut sermo iesu impleretur quē dixit: significās qua morte eēt moriturus. Introiuit ergo iterū in pretoriū pylat⁹: & vocauit iesum et dixit ei. a. Tu es rex iudeorum. m. Respōdit ies⁹. b. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerūt de me? m. Rñdit pylatus. a. Numqd ego iudeus sum? Gēs tua et pōtifices: tradiderūt te michi. Quid fecisti? m. Respōdit iesus. b. Regnū meū non est de hoc mundo. Si ex hoc G.
mundo esset regnū meū: ministri mei vtiq3 decertarēt: vt nō traderer iudeis. Nūc autē regnū meū nō est hinc. m. Dixit itaq3 ei pylatus. a. Ergo rex es tu? m. Rñdit iesus. b. Tu dicis/ q2 rex sum ego Ego in hoc natus sum/ & ad hoc veni in mūdū: vt testimoniū phibeā veritati. Ois q est ex veritate: audit vocē meā. m. Dixit ei pylatus. a. Quid est veritas? m. Et cū hoc dixisset/ iterū exiuit ad iudeos: & dixit eis. a. Ego nullā inuenio in eo causam. Est aūt ↄsuetudo vobis: vt vnū dimittā vobis in pascha. Uultis ergo dimittā vobis regē iudeorum? m. Clamauerūt rursum oēs dicētes. a. Nō hunc/ sed barrabā. m. Erat aūt barrabas latro. Tūc ergo apprehēdit pylatus iesum: & flagellauit. Et milites plectentes coronā de spinis iposuerūt capiti eius: & veste purpurea circūdederūt eū/ & veniebāt ad eū/ et dicebant. a. Aue rex iudeorum. m. Et dabant ei alapas. Exiuit iterū pylatus foras: & dixit eis. a. Ecce adduco eū vobis foras: vt cognoscatis q2 nullam inuenio in eo causam. m. Exiuit ergo iesus portās spineā coronā:

et purpureũ vestimẽtum. Et di-
xit eis pylatus. a. Ecce homo. m.
Cũ ergo vidissent eũ pontifices ⁊
ministri: clamabant dicentes. a.
Crucifige: crucifige eũ. m. Dixit
eis pylatus. a. Accipite eũ vos: ⁊
crucifigite. Ego enĩ nõ iuenio in
eo causam. m. Respõderũt ei iu-
B. dei. a. Nos legẽ habemus / ⁊ secũ
dum legẽ debet mori: q2 filiũ dei
se fecit. m. Cũ ergo audisset pyla
tus hũc sermonẽ: magis timuit.
Et ingressus est pretoriũ iterũ: ⁊
dixit ad iesum. a. Unde es tu? m.
Jesus aũt respõsum nõ dedit ei.
Dixit ergo ei pylat9. a. Michi nõ
loqueris? Nescis q2 potestatẽ ha
beo crucifigere te: ⁊ potestatẽ ha
beo dimittere te? m. Respõdit ie-
sus. b. Nõ haberes potestatẽ ad-
uersum me vllã: nisi tibi datũ es-
set desup. Propterea q tradidit
me tibi: maius peccatũ habet. m.
Et exinde q̃rebat pylatus: dimit
tere eũ. Judei autẽ clamabant:
dicẽtes. a. Si hũc dimittis: nõ es
C. amicus cesaris. Ois enĩ qui se re
gẽ facit: cõtradicit cesari. m. Py-
lat9 ergo cũ audisset hos sermo-
nes: adduxit foras iesum: ⁊ sedit
pro tribunali / in loco q dicit lito-
stratos / hebraice autẽ gabatha.
Erat autẽ parasceue pasche ho-
ra quasi sexta: et dixit eis. a. Ec-
ce rex vester. m. Illi autẽ clama-
bant. a. Tolle tolle: crucifige eũ.
m. Dixit eis pylatus. a. Regẽ ve
strũ crucifigã? m. Rñderũt põti-
fices. a. Non habemus regẽ: nisi
cesarẽ. m. Tũc ergo tradidit eis
illũ: vt crucifigeret. Susceperũt
autẽ iesum: ⁊ eduxerũt. Et baiu
lans sibi crucẽ / exiuit i eũ q dicit
caluarie locũ / hebraice autẽ gol
gotha: vbi crucifixerũt eũ. Et cũ
eo alios duos hinc ⁊ hinc: mediũ
autẽ iesum. Scripsit autẽ ⁊ titu- D.
lum pylatus: ⁊ posuit sup crucẽ.
Erat autẽ scriptũ. Jesus naza-
renus rex iudeorũ. Hũc ergo titu
lum multi legerũt iudeorũ: q2 pro
ciuitatẽ erat loc9 vbi crucifixus
est iesus. Et erat scriptũ: hebrai-
ce / grece / ⁊ latine. Dicebãt ergo
pylato: pontifices iudeorũ. a. No
li scribere rex iudeorum: sed quia
ipse dixit: rex sum iudeorũ. m. Re
spõdit pylatus. a. Qđ scripsi: scri
psi. m. Milites ergo cũ crucifixis
sent eũ: acceperũt vestimẽta eius /
et fecerũt quattuor partes / vni-
cuiq3 militi partẽ ⁊ tunicã. Erat E.
autẽ tunica incõsutilis: desup cõ
texta p totũ. Dixerũt ergo ad in-
uicẽ. a. Nõ scindam9 eã: s3 sortia
mur de illa cui9 sit. m. Ut scriptu
ra ipleret: dicẽs. Partiti sunt ve
stimẽta mea sibi. Hic accedant
duo ministri i superpelliceis: vnus
ad dextrũ: ⁊ alius ad sinistrũ cor
nu altaris: ⁊ inde duo lintheamina
ammoueant: q ad hoc sup altare
fuerunt apposita. et in vestẽ meã
miserũt sortẽ. Et milites qdẽ hec
fecerũt. Stabãt autẽ iuxta cru-
cẽ iesu mater eius ⁊ soror matris
ei9 maria cleophe: ⁊ maria mag-
dalene. Cũ vidisset ergo ies9 ma-
trẽ ⁊ discipulũ stantẽ quẽ dilige-
bat: dixit matri sue. b. Mulier / ec
ce fili9 tuus. m. Deinde dixit disci-
pulo. b. Ecce mater tua. m. Et ex
illa hora: accepit eã discipulus in
suã. Postea sciẽs iesus quia iam
oĩa cõsummata sunt: vt cõsum-
maret scriptura / dixit. b. Sitio.

Uas ergo positū erat: aceto ple
nū. Illi autē spōgiā plenā aceto
hysopo circūponētes: obtulerūt
ori eius. Cū ergo accepisset iesus
acetū: dixit. b. Cōsūmatū est. m.
Et iclinato capite: tradidit spiritū.
Sequat Pater nr̄. Aue maria
In man⁹ tuas. m. Judei ergo
qm̄ parasceue erat / vt nō rema-
nerēt i cruce corpa sabbato (erat
eñ magnus dies ille sabbati) ro
gauerūt pylatū: vt frāgerent eo
rū crura: ꝛ tollerent. Uenerūt er
go milites: ꝛ primi qdē fregerūt
crura: ꝛ alteri⁹ q crucifixus est cū
eo. Ad iesum autē cū venissent vt
viderūt eū iā mortuū / nō frege
rūt ei⁹ crura: sed vnus militū lā-
cea latus eius aperuit / ꝛ cōtinuo
6. exiuit sanguis ꝛ aqua. Et q vidit
testimoniū phibuit: ꝛ verū est te-
stimoniū eius. Et ille scit quia ve
ra dicit: vt ꝛ vos credatis. Facta
sunt eñ hec: vt scriptura ipleret-
tur. Os nō cōminuetis ex eo. Et
iterum alia scriptura dicit. Uide
būt in quē trāsfixerūt. Euāgel.

Post hec aūt rogauit pyla
tum ioseph ab arimathia
eo q esset discipul⁹ iesu (occultus
autē ppter metū iudeorum:) vt tol
leret corpus iesu. Et pmisit pyla
tus. Uenit ergo / ꝛ tulit corp⁹ ie-
su. Uenit aūt ꝛ nichodem⁹ / q ve
nerat ad Jesum nocte primū: fe-
rens mixturam myrrhe / ꝛ aloes
quasi libras cētū. Acceperūt aūt
corp⁹ iesu / ꝛ ligauerūt eū lintheis
cū aromatibus: sicut mos iudeis
est sepelire. Erat autē in loco vbi
crucifix⁹ est ort⁹: ꝛ in orto monu
mentū nouū: in quo nōdū quisq̄
positus erat. Ibi ergo ppter pa-
rasceuē iudeorum: q iuxta erat mo
numētū: posuerūt iesū. ¶ Sequu
tur orōnes solēnes: ꝛ ad vnāquā
q̄ illarū dr̄ Flectam⁹ genua. nisi ad
eā qua orat p iudeis. Et primo
p vniuersali statu ecclesie. Orō.

Oremus dilectissimi nobis
inprimis p ecclia sctā dei:
vt eā de⁹ ꝛ dn̄s noster pacificare
et custodire dignet toto orbe ter-
rarū subijciēs ei pricipat⁹ ꝛ pote
states: detq̄ nobis qetā ꝛ tranqil-
lā vitā degētib⁹ glorificare deū pa
trē oipotētē. Deinde dicat sacerd.
Orem⁹. Deinde dicat dyaconus
Flectam⁹ genua Leuate. Orō.

Omnipotēs sempitne de⁹: q gl̄iam
tuā oib⁹ in xp̄o gētib⁹ reue
lasti: custodi q̄s opera mie tue: vt
ecclesia tua toto orbe diffusa: sta
bili fide in cōfessione tui nois pse-
ueret. Per eundē. Chor⁹ rn̄deat.
Amē. et oēs orōnes finiatur sub
tono p̄dicto. ¶ Pro [redacted] Orō.

Oremus ꝛ p beatissimo [redacted]
nostro N. vt de⁹ ꝛ dn̄s no-
ster q elegit eū in ordine episcopa
tus saluum atq̄ incolumē custo-
diat ecclesie sue sancte ad regēdū
populū sanctū dei. Oremus. Fle
ctamus genua Leuate. Oratio.

Omnipotēs sempiterne de⁹: cui⁹
iudicio vniuersa fundant:
respice ppici⁹ ad preces nostras
ꝛ electū nobis antistitē tua pieta
te conserua: vt xp̄iana plebs que
tali gubernat auctore: sub tanto
pōtifice credulitatis sue meritis
augeat. Per dn̄m nr̄m iesū xp̄m.
¶ Pro vniuersis ordinib⁹. Orō.

Oremus et p oībus episco-
pis / presbyteris / dyaconi-
bus / subdyaconibus / accolitis /

exorcistis/ lectoribus/ ostiariis/ cõfessoribus/ virginib9/ viduis: et pro oi populo scto dei. Orem9. Flectam9 genua Leuate. Oro.

OMnipotens sempiterne de9: cui9 spũ totũ corp9 eccl'ie sctifica‹ et regi‹: exaudi nos p vniuersis ordinibus supplicãtes: vt grẽ tue munere/ ab oib9 tibi gradib9 fideliter seruia‹. Per dñm. in vnitate eiusdem. ¶ Pro rege. Oro.

OReMus et pro christianissimo rege nro N. vt deus et domin9 noster subditas illi faciat omnes barbaras natiões: ad nostrã perpetuã pacem. Oremus. Flectam9 genua Leuate. Oro.

OMnipotens sempitne de9: in cui9 manu sunt omniũ potestates et oim iura regnorũ: respice ad xpianorũ benignus iperiũ: vt gẽtes q̃ in sua feritate cfidũt: potẽtie tue dextera cõprimãtur. Per dñz. ¶ Pro cathecuminis. Oro.

OReMus et p cathecuminis nris vt de9 et dñs nr adaperiat aures precordiorũ ipsorũ/ ianuãq3 mie sue: vt p lauacrũ regenerati õis accepta remissiõe oim peccatorũ: et ipi digni inuenian‹/ in xpo iesu dño nostro. Oremus. Flectam9 genua Leuate. Oro.

OMnipotens sempitne de9: q eccle siã tuã noua semp prole fecundas: auge fidẽ et intellectũ cathecuminis nris: vt renati fonte baptismatis: adoptiõis tue filijs aggregentur. Per dñm. ¶ Pro quacunq3 tribulatione. Oratio.

OReMus dilectissimi nobis deũ patrẽ oipotẽtẽ: vt cunctis mũdũ purget errorib9: morbos auferat/ famẽ depellat/ aperiat carceres/ vincula dissoluat/ peregrinãtib9 reditũ/ infirmãtibus sanitatẽ/ nauigãtibus portum salutis indulgeat. Oremus Flectam9 genua Leuate. Oro.

OMnipotẽs sempiterne de9 mestorũ cõsolatio/ laborãtiũ fortitudo: pueniãt ad te pces de quacũq3 tribulatione clamantium: vt oẽs sibi in necessitatib9 suis: miam tuã gaudeãt affuisse Per dñm. ¶ Pro hereticis. Oro.

OReMus et p hereticis et scismaticis: vt deus et dñs noster iesus xps eruat eos ab erroribus vniuersis/ et ad sanctã matrẽ ecclesiã catholicã atq3 apostolicã reuocare dignetur. Oremus Flectam9 genua Leuate. Oro.

OMnipotens sempiterne de9: q saluas oẽs homiẽs: et neminẽ vis perire: respice ad aias dyabolica fraude deceptas: vt oi heretica prauitate deposita: errantiũ corda resipiscant: et ad veritatis tue redeant vnitatem. Per dñm.

¶ Pro perfidis iudeis. Oratio.

OReMus et p pfidis iudeis: vt de9 et dñs noster auferat velamẽ de cordibus eorum: vt et ipsi agnoscant iesum xpm dominũ nostrũ. Oremus. Nõ dici‹ hic Flectam9 genua Leuate. Oro.

OMnipotens sempiterne de9 q etiã iudaicã perfidiã a tua mia nõ repellis: exaudi pces nostras quas p illi9 ppli obcecatiõe deferim9: vt agnita veritatis tue luce q̃ xps est: a suis tenebris erua‹ Per eũdẽ. ¶ Pro paganis. Oro.

OReMus et pro paganis/ vt de9 omps auferat iniqtatẽ de cordib9 eorũ: vt relictis ydolis

suis: cõuertant ad deũ viuũ & verũ: et vnicũ filiũ eius iesum xpm deũ & dñm nostrũ cum quo viuit et regnat cũ spiritu sctõ de⁹. Per oia secula seculoꝝ. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne de⁹ qui nõ vis mortẽ peccatoꝝ sed vitam semp inquiris: suscipe ppicius orationẽ nostrã: et libera eos ab ydoloꝝũ cultura: & aggrega ecclesie tue sancte ad laudẽ & gloriã nominis tui. Per do.

¶ Finitis orationib⁹: exuat sacerdos casulã & in sede sua iuxta altare se repõat cũ dyacono / & subdyacono. & interi alij duo pbri de supiori gradu nudatis pedib⁹ albis induti absq; paratis tenẽtes crucẽ coopertã sup brachia solenniter inter eos retro magnũ altare in dextera parte canãt hos Ꝟ. Popule meus. Duo dyaconi de secũda forma: i cappis suis nigris ad gradũ chori ad altare cõuersi dicant Agyos. Chorus respõdeat cũ genuflexiõe osculando formulas tribus vicibus in vna respõsione / vnaquaq; vice resurgẽdo. Sanctus deus. Sacerdotes Ꝟo tenentes crucẽ retro altare / & dyaconi ad gradũ chori dicãt Agyos. Semp sint stantes. Itẽ sacerdotes loco nõ mutato dicãt Ꝟ. Quia eduxi. Dyaconi. Agyos. Chorus. Sanct⁹ deus. Itẽ sacerdotes loco nõ mutato dicant Ꝟ. Quid vltra. Dyaconi Agyos. Chor⁹. Sanctus deus. Deide sacerdotes discooperientes crucẽ iuxta altare i dextera parte: canant hanc añ. Ecce lignũ. Chorus cum genuflexione osculando formulas rñdeat añ. Crucẽ tuã. ps. Deus misereat̃ nr̃i. Totus ps. dicat̃ sine Gloria pri. a toto choro. et post vnũquemq; versum repetat̃ añ. similiter a toto choro cũ genuflexione: & interim ponat̃ crux solẽniter sup tertium gradũ ab altari iuxta quã sedeant predicti sacerdotes: vn⁹ a dextris / & alius a sinistris. Deinde pcedãt clerici ad crucẽ adorandã nudatis pedibus: incipiẽtes a maiorib⁹. Finito psalmo cũ ant. cantet̃ sequẽs hymn⁹ a duobus sacerdotib⁹ interim sedẽtib⁹ iuxta crucẽ mõ supradicto. Hy⁹. Crux fidelis. Chorus eũdem repetat post vnũquẽq; Ꝟsum interim sedẽdo. Itẽ sacerdotes dicãt Pãge lingua. Ꝟ. De parẽtis. Ꝟ. Hoc opus. Ꝟ. Quando venit. Ꝟ. Lustra sex. Ꝟ. Hic acetũ. Ꝟ. Flecte ramos. Ꝟ⁹. Sola digna. Ꝟ⁹. Glia & honor. His finitis deportetur crux p mediũ chori a predictis duob⁹ sacerdotibus vbi a populo adoretur ante aliqd altare. et interim cãtet̃ hec sequẽs añ. in choro cũ suo Ꝟsu a toto choro interim sedẽte. Cantor incipit añ. Dũ fabricator. Ꝟ. O admirabile Agyo. Adorata cruce & finita añ. predicta cũ suo versu: predicti sacerdotes ea reuerẽtia qua crucẽ antea exportauerũt: p mediũ chori vsq; ad summũ altare iterũ reportẽt. Tũc cõueniant oẽs clerici de choro ad altare: et reiduat sacerdos casulã quã prius exuerat: & accedat ad gradũ altar' cũ dyacono: et subdyacono / & dicat Cõfiteor. et Misereat̃. & Absolutionẽ. cum precib⁹ & oratione Aufer a nobis dñe. more solito: tñ hic non detur

osculum pacis. Deinde sacrificio sup altare more solito deposito ⁊ incēsato cū aq̄ ⁊ vini īfusiōe ī calicē: scȝ post ablutionē manuū: dicat cū hūiliatione corā altari. **In spiritu hūilitatis.** ⁊c̄. osculādo altare ⁊ bn̄dicēdo sacrificiū: ⁊ vertat se/ dicēdo **Orate fratres.** more solito. Postea dicat statim humili voce sine nota **Oremus. Preceptis salutaribus.** cū oȯne dn̄icali. scȝ **Pr̄ nr̄.** Chorꝰ rn̄deat. **Sed libera nos a malo.** Deide dicat **Libera nos q̄s.** ⁊ **Da ppiciꝰ.** In qua oȯne dū dr̄ **Per eūdem.** frangat corpꝰ dn̄i sicut solet fieri ceteris diebꝰ. Deide dicat modesta voce: videlicet sine nota. **Per oīa secula sclor̄.** Chorus rn̄deat **Amē.** Postea dimittat in calicē: sicut solet ptē hostie. Nō dr̄ **Pax dn̄i.** nec **Agnꝰ dei.** nec pax dei: sed statim cōmunicet se sacerdos dicēdo. **Corpus dn̄i.** ⁊c̄. Ad corpꝰ ⁊ sanguinē. **Corpus ⁊ sanguis dn̄i nr̄i iesu xp̄i custodiat nos in vitā eternā. Amē.** nulla p̄cedēte oȯne. Deinde post lotionē manuū dicāt vespas/ nō cātādo: sed bini ⁊ bini priuati corā altari hoc modo. añ. **Calicē.** p̄s. **Credidi ppter qd̄.** ⁊ cete añe cū suis p̄is: sicut in die cene. añ. **Cenātibꝰ aūt.** p̄s. **Magnificat.** Deide statim dr̄ **Pr̄ nr̄.** cū p̄o **Miserere mei.** Quo finito: dicat sacerd̄. in audiētia/ sed sine nota postcō. sine **Dn̄s vobiscum.** et sine **Oremꝰ.** hoc mō incipiens. **Respice q̄s dn̄e sup hāc familiā.** sine **Qui tecū.** Et sic missa et vespere simul finiātur. Nō dr̄ **Dn̄s vobiscū.** nec **Bn̄dicamꝰ dn̄o.** nec **Ite missa est.** Finitꝭ vespis: exuat sacerdos casulā: et assumēs secū vnū de p̄latis in supplicijs ambor̄ pedibꝰ nudatꝭ/ reponat crucem in sepulchrū pariter cū corpe dn̄ico. scȝ in pixide: icipiēs ip̄e solꝰ ℟. **Estimatus sum.** genua flectēdo cū suo socio. quo icepto: stati surgant. similr̄ fiat in ℟io. **Sepulto dn̄o.** Chorꝰ psequaꝛ cū suo ℣. genu flectēdo ꝯtinue vsqꝫ in finē seruitij. Deide incēsato sepulchro ⁊ clauso ostio icipiat idē sacerd̄. ℟. **Sepulto.** Chorus cātet cū suo ℣. Ad istas tres añas genu flectent duo p̄dicti sacerd̄. ꝯtinue. Sacerdos icipiat añ. **In pace** Chorꝰ psequaꝛ **in idip̄m.** Itē sacer. añ. **In pace factꝰ est.** Chorꝰ psequaꝛ **locꝰ eiꝰ.** Itē sacer. ã. **Caro mea** Chorꝰ psequaꝛ **requiescet in spe.** His finitꝭ ⁊ dictis oȯnibꝰ ad placitū secrete ab oībꝰ cū genuflexione oībus alijs ad libitū recedētibꝰ ordine nō seruato reinduat sacer. casulā eodē ordie quo accessit ī pricipio seruitij cū dyacono ⁊ subdya. ⁊ ceterꝭ ministris altarꝭ abscedat. Exide ardebit ꝯtinue vnꝰ cereus ad minus ante sepulchrū vsqꝫ ad pcessionē q̄ fit in resurre. dn̄ica in die pasche. ita tn̄ q̄ dū p̄s. **Bn̄dictꝰ.** canit. ⁊c̄. q̄ sequūꝛ in seq̄nti nocte extinguaꝛ. Silr̄ extinguaꝛ in vigi. pasche dū bn̄dicitꝛ nouꝰ ignis vsqꝫ dū accendaꝛ cereꝰ pascha. xxxvj. pedes continēs in longitudine.

SAbbato sancto in vigi. pasche ꝯgregatis clericis in choro dictaqꝫ hora nona primo fiat bn̄dictio ignis ab executore officij/ induto vestibꝰ sacerdotalibus cū cappa serica: dyaconꝰ dalmatica

et subdya. tunica induant cū ceteris ministris altar; albis cū amictis indutis sine luie: cū cereis / et sine cruce / et sine igne in thuribulo. Quidā etiā de prima forma in suppellicio cereū extinctū sup hastam quādā deferens ꝛ pcessionē pcedēs post portitorē aq̄ bñdicte p mediū chori ad nouū ignē bñdicendū pcessiōaliter eat: choro sequēn. hitu nō mutato: ꝛ ad colūnā ex pte australi iuxta fontē vbi sacerd. executor officij ignē benedicat: q̄ accendat ibidē: sc; in medio inter duas colūnas. In eundo vo dr iste ps. Dñs illumiatio. sine nota: et sine Gloria pri. Hoc modo fiat statio ad ignē. Sacer. iuxta ignē stet ad oriētē ꝯuersus et ad sinistrū ei9 stet dya. subdya. vero ad sinistrū dyaco. Ceroferarius vnus stet sacerd. opposit9 ad dexterā ceroferarij / puer tenens librū primior sacerd. Ali9 aūt ceroferari9 stet retro sacerdotē. Ad dextrū eiusdē ceroferarij stet portitor aq̄ primior sacerdoti / ꝛ vltimo loco retro oēs a pte occidētali stet portitor haste cū cereo. Ex parte ignis: vc; a pte australi stet thuribulari9 ad accipiendū ignē in thur. post bñdictionē. Oibus istis ministris ad sacerdotē ꝯuersis iterum choro circūstāte: vc; ex parte boreali. Sequat bñdictio ignis solēniter a sacerd. ita dicēte Dñs vobiscū. et Oremus. Orō.

Domine de9 nr pater oīs: lumē idefictēs ꝯditor oim luminū / exaudi nos famulos tuos / ꝛ bene ✠ dic hunc ignē q̄ tua sctificatiōe ac bñdictione ꝯsecratur: tu illuminās oēm hoiem venientē in hūc mūdū: illumina ꝯsciētias cordis nri igne tue charitatis: vt tuo igne igniti / tuo luie illumiati: expulsis a cordib9 nris pctōr tenebris: ad vitā te illustrāte ꝑuenire mereamur eternā ꝛ sicut illumiasti ignē moysi famulo tuo p colūnā ignis ambulantē in mari rubro: ita illustra nostrū lumē: ꝛ cādela q̄ de eo fuerit accēsa: in honorē maiestat; tue semp perseueret bñdicta: ꝛ q̄cūq; lumē ex eo portauerit: sit illuminatus lumine grē spiritalis. Per dñm. Et oēs oratiōes dñr cū Oremus. sub tono lctōis. Hic aspgat aqua benedicta sup ignē. Deinde dicit Dñs vobiscū. Oremus. Oratio.

Domine scte pat oīs eterne de9 bñ ✠ dicere / et scti ✠ ficare digner; istū ignē: quem nos idigni p iuocationē vnigeniti filij tui dñi nri iesu xpi bñ ✠ dicere presumimus tu clemētissime pater cū tua bene ✠ dictiōe sanctifica: ꝛ pfectū humani generis peruenire concede. Per. Oratio.

Celesti lumine q̄s dñe semp hic ꝛ vbiq; nos preueni: vt mysteriū cui9 nos participes esse voluisti ꝛ puro cernam9 intuitu / et digno percipiam9 effectu. Per dñm. ¶ Sequat benedictio thimiamatis siue incensi hoc modo.

Exorciso te imūdissime spiritus / ꝛ oē fantasma inimici in noie dei pris oipotētis: ꝛ in nomine iesu xpi filij ei9 / ꝛ in virtute spūssancti: vt exeas ꝛ recedas ab hac creatura thimiamatis / siue incensi cū oi fallacia: atq; nēqcia tua: vt sit hec creatura scti ✠ ficata in noie dñi nri iesu xpi: vt oēs

gustãtes: tangẽtes siue odorãtes
eã: virtutẽ & auxiliũ pcipiãt spũs
scti: ita vt vbicũqz hoc incẽsuz vel
thimiama fuerit: ibidẽ nullatenꝰ
appropinquare audeas aduersa
inferre psumas: sed quicũqz spũs
immũde es cũ oi versutia tua p-
cul inde fugias atqz discedas adiu
ratus p nomen & virtutẽ dei pris
oipotẽtis / & filij eius dñi nri iesu
xpi qui vẽturus est in spũ sancto
iudicare viuos et mortuos / et te
preuaricatorẽ et seculũ per ignẽ.
Respõdeat Amẽ. Oremus. Oro

Eternã ac iustissimã pieta
tẽ tuã depcamur dñe san-
cte pater omnipotẽs eterne deꝰ: vt
bene✠dicere & sancti✠ficare di
gneris hanc thimiamatis vel in-
censi speciẽ: vt sit incẽsum maie-
stati tue in odorẽ suauitatis acce
ptũ / sit a te species hec bene✠di
cta / sit p inuocationẽ sancti nois
tui sancti✠ficata: ita vt vbicũqz
fumus eiꝰ puenerit extricet & effu
get oẽ genus demoniorz sicut in-
cẽsum iecoris piscis quẽ raphael
archãgelus thobiã famulũ tuũ
docuit cũ ascendit ad sare libera-
tionẽ. Per xpm. Oremus. Oro.

Descendat bñ✠dictio tua
dñe sup hãc speciẽ incẽsi et
thimiamatis sicut i illo de quo da
uid ppheta tuꝰ cecinit dicẽs. Diri
gatur oratio mea sicut icẽsum in cõ
spectu tuo: sit nobis odor zsolatio
nis: suauitatis & grẽ: vt fumo isto
effuget oẽ fantasma imici mẽtis
et corporis: vt simꝰ pauli apli vo-
ce bonꝰ odor deo: effugiat a facie
incẽsi huiꝰ siue thimiamatis ois
demonũ incursus sicut puluis a
facie venti: et sicut fumus a facie
ignis: & psta hoc pijssime pr bone
odoris icẽsum ad opus ecclie tue
ob causam religiõis iugiter pma
nere vt mystica nobis significa-
tiõe spũaliũ virtutũ fragrãs ostẽ
dat odor suauitatẽ: tua ergo qs
ops deꝰ immensa maiestatis tue
dextera hãc creaturã bñ✠dicere
ex diuersarũ rerũ cõmixtione zfe
ctã dignare: vt i virtute scti nois
tui oẽs imundorz spirituũ fan-
tasticos incursus effugare: oesqz
morbos reddita sanitate expelle-
re vbicũqz fumꝰ aromatũ eiꝰ effla
uerit mirabilr possit: atqz in odo
re fragrãtissimo tibi ppetua sua-
uitate redolere. Per v. Post bñdi
ctionẽ incensi impleat thuribulũ
de carbonibꝰ cũ incenso: & incẽset
nouus ignis. Postea accẽdat solꝰ
cereꝰ sup hastã de nouo igne cete-
ris luminaribꝰ ecclie prius extin-
ctis: et deferat in pcessione ad lo-
cũ vbi cereꝰ paschalis bñdictꝰ est.
Deide redeat pcessio more solito
in chorũ. In redeũdo aũt duo cle
rici de scda forma in suppel. cãtãt
Inuẽtor rutili. Chorus idẽ repe
tat post vnũquẽqz v. Deinde se-
quat bñdictio cerei paschalis ab
ipo dyaco. induto ad pcessionẽ ad
borealẽ zuerso ad gradũ psbyte-
rij: ceroferarijs dya. assistẽtibus
vno a dextris: reliquo a sinistris
ad eum cõuersis cereis extinctis.
Subdyaconꝰ vero stet ei opposi
tus iuxta quẽ stet portitor haste
eodẽ modo conuersus. Post dya
conũ stet thur. dyacono canente.



Exultet iam ãgelica tur


ba celorum / exultet diuina
mysteria et pro tā ti re-
gis victo ria tuba itonet
salu ta ris G au-
deat se tellus tantis irradiata
fulgoribus et eterni regis
splēdore illustrata totius or-
bis se sen tiat a-
misisse ca ligi-
nem. Letet̄ et mater eccle-
si a tan ti luminis adornata
fulgo ribus et magnis ppło-
rum vo cibus hec aula re-
sul tet. Qua propter
astātib9 vobis fratres charis-
simi ad tam mirā scti hui9 lu-
minis claritatē vna mecū q̄so
dei omnipotētis misericordiam
inuo ca te. Ut qui me
non meis meritis intra leuita-
rum numerū aggregare digna-
tus est luminis sui gr̄a infun-


dente cere i huius laudē imple
re perfici at P er dominū
nostrū iesū christū filium suū.
qui cū e o viuit et regnat deus
in vnita te spiritus sancti.
P Er oia secula seculo rū.
Amē. D n̄s vobiscū. Et cū spi-
ritu tuo. Sursū corda. Habem9
ad dn̄m. G rati as agamus
domino deo nostro. Dignum
et iustū est. V e re quia dignū
et iustū est inuisibilem deum
omnipotentem patrem filium
qz eius vnigenitū dominū no-
strum iesum christum cum
sancto spiritu toto cordis ac
mentis affe ctu et vocis mi-
nisterio persona re.
Qui pro nobis etno patri ade
debitū soluit: z veteris piaculi
cautionē pio cruo re deter sit
Hec sunt enim festa pa scha-


lia in quib⁹ verus il le agnus
oc cidit eiusq; sanguine po-
stes consecran tur. Hec
nox est in qua primū patres
nostros filios isrl eductos de
egypto ru brum mare sic co
vestigio trāsi re feci sti.
Hec igitur nox est que
peccatorū tenebras columne
illuminatio ne purga uit.
Hec nox est que
hodie per universum mundū
in christo cre den tes a vitiis
seculi segre gatos et caligi-
ne peccatorum reddit gratie
sociat sanctita ti.
Hec
nox est in qua destructis
vinculis mortis christ⁹ ab infe-
ris victor ascen dit. Ni chil
enim nobis na sci profuit ni si
re dimi profuis set.


O mi ra circa nos
tue pieta tis digna tio.
O ine stimabi lis
dilectio chari tatis ut seruū re-
dimeres filium tradidi sti.
O cer te necessarium ade
peccatū ꝛ nostrū qđ christi mor
te dele tum est. O felix
culpa que talem ac tantū me-
ruit habere redempto-
rem O certe bea-
ta nox que sola meruit scire tem-
pus et horam in qua christꝰ ab
inferijs resurrexit. H ec
nox est de
qua scriptum est: ꝛ nox ut
dies illuminabitur: ꝛ nox il-
luminati o mea in de li-
cijs me is. H u ius
igitur sanctificatio noctis fu-
gat scelera. culpas lauat. ꝛ red-
dit innocentiam lapsis ꝛ mestis

leticiā / fugat odia / cōcordiā pa-
rat & curuat impe ria. I n hu
ius igitur no ctis gratia su-
scipe sancte pater

Hic ponatur incensum a dyacono in cereū vel in candelabrū in modum crucis. Similiter et in paruum cereum portitore accedente

incēsi hui⁹ sacrificiū vespertinū
Q uod tibi i hac cerei oblatio
ne so lēni p ministrox man⁹ de
operibus apū sacrosctā reddit
eccle sia. Sed iam colū
ne huius pconia nouim⁹ quā i n
honorē dei rutilā ignis accendit

Hic accēdat cere⁹ d̄ nouo igne nec extinguat vsq̄ post cplet diei sequētis. Et ardebit cere⁹ pasc. cōtinue p tres dies pasc. ad matu. et ad mis. et ad ves. Sic fiat i oc. pēthe. Oib⁹ dñicis ab oct. pasc. vsq̄ ad ascen. dñi ad mis. tm̄. accēdat etiā in fe. sctī marci euāgeliste. apsox philippi & iaco. ad mis. tm̄. In annū. bte ma. & i iuē. scte crucis sicut in octa pasch. accēdat. Hic ceroferarii cereos suos accēdāt p ecctiam

Q ui licet diuisus i partes mu
tuati luminis detrimēta non
nouit. Alitur liquātib⁹ ceris
quas in substantiā preciose
huius lampadis apis mater
eduxit. O
bea ta nox que ex-


poliauit egyptios/ditauit he
breos. nox in qua terrenis cele-
stia iunguntur O
ramus te do mi ne
ut cereus iste in hono rem
nominis tui con secra tus
ad noctis hu ius caliginem
destruendā inde fi ci ens perse
ue ret. In odorem
suauitatis accen sus su per-
nis luminaribus miscea tur
Flammas eius lucifer matu-
ti nus inueniat.
Il le inquam lucifer
qui nescit oc ca sum.
Il le qui regressus
ab inferis humano ge-
neri serenus il lu xit
Pre camur ergo
te do mi ne ut nos famulos
tuos omnem clerum et deuo-
tissimum populum una cum





¶Finita bñdictione cerei pascalis. sacer. cõplecturus offm̃ induat casulã ad altare autẽtica assũpta cũ suis ministris ad altare accedat/ cõfessiõe iã nõ dicta: sz tñ Pk nk. et osculando altare cũ suis ministris eat sessũ: abscedat cere⁹ sit hastã: minister vero q altũ cereũ defert ad sinistrũ cornu altaris stet supra gra. ad austrũ cõuers⁹/ quousq3 finiat septiformis letañ. Dz aũt cãde. cũ cereo pasc. amoueri. fer. vj. post ascen. dñi Postea legãtur lectiões absq3 titulis a dignioribus psonis ad gra. cho. lectõ. j. Gen. ca. i. A

In principio creauit de⁹ celũ et terrã Terra aũt erat inanis & vacua/ et tenebre erant sup faciem abyssi: & spũs dñi ferebat sup aquas Dixitq3 deus. Fiat lux et facta est lux. Et vidit deus lucẽ q esset bona: et diuisit lucem a tenebris. Appellauitq3 lucem diẽ: & tenebras noctem. Factũq3 est vespere et mane: dies vnus. Dixit quoq3 de⁹. Fiat firmamentum in medio aquar3 & diuidat aquas ab aq̃s. Et fecit de⁹ firmamẽtum: di

uisitq; aquas q̃ erãt sub firmamẽ
to ab his q̃ erant sup firmamẽtũ
Et factũ est ita. Uocauitq; de⁹ fir
mamẽtũ celũ. Et factũ est vespe ꝛ
mane: dies secund⁹. Dixit vo de⁹
Cõgregent aque q̃ sub celo sũt in
locũ vnũ ꝛ appeat arida Factũq;
est ita Et vocauit de⁹ aridã trã co
gregatiõesq; aquarũ appellauit
maria. Et vidit de⁹ q᷑ esset bonũ
ꝛ ait Germinet terra herbã virentẽ
et facientẽ semẽ ꝛ lignũ pomifer
faciẽs fructũ iuxta gen⁹ suũ cui⁹
semẽ i semetipso sit sup terrã. Et
factũ est ita. Et ptulit tra herbã
B. virentẽ ꝛ afferẽtẽ semẽ iuxta ge
nus suũ/ lignũq; faciẽs fructum ꝛ
habẽs vnũqdq; sementẽ scdm spe
ciẽ suã. Et vidit de⁹ q᷑ esset bonũ
factũq; est vespe ꝛ mane dies terti
us. Dixit aũt de⁹. Fiant lumina
ria in firmamẽto celi: ꝛ diuidãt di
em ac noctẽ ꝛ sint i signa et tpa/ ꝛ
dies ꝛ annos vt luceat i firmamẽ
to celi/ ꝛ illuminet terrã. Et factũ
est ita. Fecitq; de⁹ duo luminaria
magna luminare mai⁹ vt p̃esset
diei/ ꝛ luminare min⁹ vt pesset no
cti/ ꝛ stellas Et posuit eas i firma
mẽto celi vt lucerẽt sup terrã: ꝛ p
essent diei ac nocti: ꝛ diuiderẽt lu
cẽ ac tenebras. Et vidit de⁹ q᷑ esset
bonũ: et factũ est vespere ꝛ mane
dies quartus. Dixit etiã de⁹. Pro
C. ducãt aq̃ reptile aie viuẽtis: ꝛ vo
latile sup terrã sub firmamẽto ce
li. Creauitq; deus cete grandia: ꝛ
oẽm aiam viuentẽ atq; motabilẽ
quã produxerãt aque i species su
as/ ꝛ oẽ volatile scdm gen⁹ suum
Et vidit de⁹ q᷑ esset bonũ: benedi
xitq; eis dicens. Crescite ꝛ multi
plicamini ꝛ replete aquas maris
auesq; multiplicent sup terrã. Et
factũ est vespe ꝛ mane dies quin
tus. Dixit quoq; deus. Producat
terra aiam viuetẽ in genere suo:
iumẽta ꝛ reptilia/ ꝛ bestias terre
scdz species suas. Factũq; est ita.
Et fecit de⁹ bestias terre iuxta spe
cies suas: iumẽta ꝛ oẽ reptile ter
re in genere suo. Et vidit de⁹ q᷑ es
set bonũ: et ait. Faciam⁹ hoiez ad D.
ymaginẽ ꝛ similitudinẽ nrãm/ et
presit piscib⁹ maris ꝛ volatilib⁹
celi: ꝛ bestijs terre vniuersesq; crea
ture/ oiq; reptili qd mouet i terra
Et creauit de⁹ hoiez ad ymaginẽ
ꝛ similitudinẽ suaz: ad ymaginẽ
dei creauit illũ/ masculũ ꝛ feminã
creauit eos. Bñdixitq; ill' deus: ꝛ
ait Crescite ꝛ mltiplicamini: ꝛ re
plete terrã ꝛ subijcite eã: ꝛ dñami
ni piscib⁹ maris ꝛ volatilib⁹ celi:
ꝛ vniuersis aiantibus q̃ mouent
sup terraz. Dixitq; de⁹. Ecce dedi
vobis oẽm herbã afferentẽ semẽ
sup terrã: ꝛ vniuersa ligna q̃ ha
bẽt i semetipsis sementẽ generis
sui vt sint vobis i escã/ cũctisq; aiam
tib⁹ terre/ oiq; volucri celi/ ꝛ vni
uersis q̃ mouent in terra ꝛ in qui
bus est aia viuẽs vt habeãt ad ve
scendũ. Et factũ est ita Uiditq; de
us cuncta q̃ fecerat: ꝛ erant val
de bona. Et factũ est vespe ꝛ ma
ne dies sext⁹. Igitur pfecti sũt ce Ge. c. ij.
li ꝛ terra: ꝛ ois ornat⁹ eoꝝ. Com
pleuitq; deus die septimo op⁹ suũ
quod fecerat ꝛ requieuit die septi
mo ab vniuerso ope suo qd patra
rat. Oẽs orationes sine. Dñs vo
biscuz. et sine. Flectamus genua
leuate. Dicuntur sed tantum cum
Deus (Oremus. Oratio.
qui mirabiliter creasti ho

minẽ/ ꝛ mirabilius redemisti: da nobis q̄sumus cõtra oblectamenta peccati mentis ratione ꝑsistere vt mereamur ad gaudia eterna puenire. Per. Lectio secunda.

Erodi c.xiiii. F.
Factũ est i vigilia matutina ꝛ ecce respiciẽs dñs sup castra egyptiorum per columnaꝫ ignis ꝛ nubis: interfecit exercitũ eoꝝ/ ꝛ subuertit rotas curruũ/ ferebãturq; i ꝓfundũ. Dixerũt ergo egyptij. Fugiam⁹ israelẽ: dñs ei pugnat pro eis cõtra nos. Et ait dñs ad moysem. Extende manuꝫ tuã sup mare et reuertant aq̄ ad egyptios sup currus ꝛ eq̄tes eoꝝ. Cũq; extẽdisset moyses manũ cõtra mare: reuersũ est primo diluculo ad priorẽ locũ. Fugiẽtibusq; egyptijs occurrerunt aq̄: ꝛ inuoluit eos dñs in medijs fluctib⁹ Reuersęq; sũt aq̄: ꝛ operuerũt currus et eq̄tes cuncti exercitus pharaonis/ q̄ sequẽtes igressi fuerãt mare/ nec vn⁹ q̄dẽ supfuit ex eis. Filij aũt isrł̃ prexerũt p mediũ sicci maris: ꝛ aq̄ erant eis quasi p muro a dextris ꝛ a sinistris. Liberauitq; dñs i die illa israel de manu egyptiorũ: et viderunt egyptios mortuos sup litt⁹ maris/ ꝛ manũ magnã quã exercuerat dñs ꝯtra eos. Metuitq; ppł̃s dñm: ꝛ crediderũt dño/ ꝛ moysi seruo ei⁹. Tũc

Erodi xv.A.
cecinit moyses/ et filij isrł̃ carmen hoc dño: ꝛ dixerũt. Omes tract⁹ dicunt a choro alternatim preter vltimũ tractũ. scꝫ. Laudate. Ita q̃ prim⁹ tract⁹ incipiat ex parte chori legẽtis lectio. Deinde incipiat alternatim. Tract⁹

Erodi xv.D.
Cantem⁹ dño gl'iose eni honorifi

cat⁹ est equũ ꝛ ascẽsorẽ ꝓiecit i mare adiutor ꝛ ꝓtector fact⁹ est mihi i salutẽ. ℣. Hic de⁹ me⁹ ꝛ honorificabo eũ de⁹ pris mei ꝛ exaltabo eũ. ℣. Dñs ꝯterens bella dñs nomẽ est illi Orem⁹. Or.

Deus cui⁹ antiqua miracula etiã nr̃is seculis coruscare sentim⁹: dũ q̄d vni ppło a ꝑsecutiõe egyptiaca liberando dextere tue potẽtiã ꝯtulisti: id ad salutẽ gentiũ p aquã regñatiõis operaris: p̄sta q̄s: vt ꝛ in abrahe filios ꝛ in israeliticã dignitatẽ totius mũdi trãseat plenitudo. Per. Lctõ. iij.

Apprehendẽt septẽ mulieres vir vnũ in die illa. dicẽtes. Panẽ nr̃m comedem⁹: ꝛ vestimẽtis nr̃is operiemur tantũmõ inuocet nomẽ tuũ sup nos/ aufer opprobrium nr̃m. In die illa erit germẽ dñi i magnificẽtia et gl'ia et fruct⁹ terre sublimis/ ꝛ exultatio his q̄ saluati fuerint de israel. Et erit. Ois q̄ relict⁹ fuerit in syon ꝛ residu⁹ i hierusalẽ: scẽs vocabit ois q̄ script⁹ est i vita i hierusalẽ. Si abluerit dñs sordes filiaꝝ syõ et sanguinẽ hierusaleꝫ lauerit de medio eius in spũ iudicij ꝛ spũ ardoris. Et creauit dñs sup oẽm locũ mõtis syõ ꝛ vbi inuocat⁹ est nubem p diem: et fumuꝫ ꝛ splendorẽ ignis flãmatis i nocte. Sup oẽm enim gloriã protectio: et tabernaculum erit in vmbraculuꝫ diei ab estu/ et in securitatẽ ꝛ abscõsionẽ a turbine ꝛ a pluuia. Tr.

Esaie iiii.A. B

Esaie v.A

Vinea facta est dilecto i cornu i loco vberi. ℣. Et maceriã circũdedit ꝛ circũfodit ꝛ plãtauit vineã soreth ꝛ edificauit turrim in medio ei⁹. ℣. Et torcular fodit in ea: vinea enim domini sabaoth

domus israel est. Oremus. Oratio

Deus qui nos ad celebrandū paschale sacramentū vtriusqꝫ testamenti paginis imbuisti: da nobis itelligere mias tuas vt ex pceptione psentiū munerū: firma sit expectatio futurorum. Per dominum. Lectio quarta.

Deut. xxxi. f Scripsit moyses canticū: et docuit filios israel. Precepitqꝫ dñs iosue filio nū: ꝛ ait. Cōfortare et esto robustus: tu eni introduces filios israel i terrā quā pollicit⁹ sum prib⁹ eorꝫ ꝛ ego ero tecū. Postqꝫ ergo scripsit moyses vba legis huius in volumine atqꝫ cōpleuit: pcepit leuitis q portabant archam federis dñi dicens.

G. Tollite librū istū: ꝛ ponite illum in latere arche federis dñi dei nri vt sit contra te ibi in testimoniuꝫ Ego enim scio contentionem tuā et ceruicē tuam durissimam. Adhuc viuēte me ꝛ ingrediēte vobis cū semp cōtentiose egistis contra dñm: quāto magis cum mortu⁹ fuero. Cōgregate ad me oēs maiores natu p tribus vras atqꝫ doctores et loquar audientibus eis sermones istos / ꝛ inuocabo contra eos celuꝫ ꝛ terrā. Noui eni qꝫ

Deut. xxxii f ꝛ oia i fra. A. post mortem meaꝫ inique agetis et declinabitis cito de via quaꝫ pcepi vobis Et occurrēt vobis mala in extremo tempore. quando feceritis malū in conspectu dñi / vt irritetis eum p opa manuum vestrarꝫ. Locutus est ergo moyses audiēte vniuerso cetu filiorꝫ israel vba carminis hui⁹: ꝛ ad finem vsqꝫ compleuit. Tractus

Attende celū et loquar: et audiat terra vba ex ore meo. ℣. Expectet sicut pluuia eloquiū meū: ꝛ descēdāt sicut ros verba mea: sicut imber sup gramina. ℣. Et sicut nix sup fenū: quia nomē dñi inuocabo. ℣. Date magnitudinem deo nostro: deus verax opera ei⁹: ꝛ omes vie eius iudicia. ℣. Deus fidelis in quo nō est iniquitas iustus: et sanct⁹ dominus. Sequatur oratio.

Deus qui ecclesiā tuā semp gentiū vocatione multiplicas concede propicius vt quos aqua baptismatis abluis continua protectione tuearis. p d. Hanc orationem non sequatur lectio: sed tractus.

Ps. xli. ꝛ oia i fra. Sicut ceru⁹ desiderat ad fontes aquarꝫ: ita desiderat aia mea ad te de⁹. ℣ Sitiuit aia mea ad deū viuā quādo veniā et apparebo ante faciē dei mei. ℣. Fuerūt michi lachryme mee panes die ac nocte: dū dicitur michi p singulos dies vbi est deus tu⁹. Deinde sequantur due orationes sub vno. Per dñm. ꝛ sub vno Oremus. Oratio

Concede qs ops de⁹: vt qui festa paschalia agimus: celestib⁹ desiderijs accensi / fontem vite sitiamus Dominum nostrū iesum xpm filium tuum. Qui te.

Omnipotens sempiterne deus / respice ppici⁹ ad deuotionem populi renascētis qui sicut ceru⁹ aquarꝫ expetit fontem: ꝛ concede propicius: vt fidei ipsius sitis baptismatis mysterio aiaꝫ corpusqꝫ sanctificet. Per dñm. Deinde sequatur septiformis letania / que in medio chori a septē pueris in superpellicijs dicitur. et interim exuat sacerdos casulam ꝛ sumat cappam sericam rubeam adhuc stādo ante altare: donec percantetur: leta

nia.⁊c. vt i pcessionalib⁹ cōtinet.
Finita letania scʒ Rex sanctorū.
incipiat missa solemnit a cātore/
sine regimie cho. sic. Kyrieleysō.
et dr cāt⁹ de Lux ⁊ origo. absq̄ v
⁊ iteri sacer. assūpta casula ad al
tare dicat. Cōfiteor. Misereatur et
Absolutionem. cū pcib⁹ et orone
Aufer a nob̄ dñe. more solito. tū
hic nō det osculū pacis. Deinde
thurificet altare: ⁊ postea icipiat



Glo ria in excelsis de o.
Tunc oēs genuflectāt exuentes
cappas nigras: et tūc pulsēt oēs
campane i classicū/ choro canēte.
Et in terra pax. Sequatur Dñs
vobiscum. et Oremus. Oratio.
Deus q̄ hanc sacratissimaʒ
noctē gloria dñice resurre
ctiōis illustras/ cōserua in noua
familie tue progenie adoptionis
spiritū quē dedisti: vt corpore ⁊ mē
te renouati: purā tibi exhibeāt
seruitutē. Per eundem. in vnita
te eiusdem. Sequens epistola le
gatur in pulpito. Ad colosenses.
ca.iij. A. Fratres: Si cōsurrexistis
cū xpo/ q̄ sursū sunt q̄rite:
vbi xps est in dextera dei sedens.
Que sursum sunt sapite: nō q̄ su
per terrā. Mortui eni estis: et vi
ta vr̄a abscondita est cum xpo in
deo. Cū eni xps apparuerit vita
vr̄a: tunc ⁊ vos apparebitis cum
ipso i gloria. Lecta ep̄la/ duo cle
rici de scda forma i cappis sericis
in pulpito cātēt hoc Alla. Cho
rus idē repetat: et psequat. et cle
ps.cxvii rici. V. Cōfitemini dño qm̄ bon⁹ qm̄ in

seculū mia ei⁹. Chor⁹ finiat cū neu
ma. Itē clerici reincipiant. Alla. si
ne neuma. Deinde sequat tract⁹/
qui a duob⁹ de scda forma in cap
pis nigris ad gradū chori tot⁹ ⁊
iteger cātēt cho. iteri sedēte. Tr.
Laudate dñm oēs gētes ⁊ collau ps.cxvi.
date eū oēs ppl'i. Qm̄ cōfirma
ta ē sup nos mia ei⁹ ⁊ vitas dñi manet
in eternū. Interi vero pcedat dya
con⁹ cū subdyaco. p mediū chori
more solito/ sine cruce ad legēdū
euāge. quē pcedāt duo ceroferarii. ce
reis extinctis. ⁊ legat in pulpito
more dominicali. Sequētia san
cti euangelii: secundū Matheū.

Vespe au- c.xxviii. A.
tem sab-
bati q̄ lucescit in
prima sabbati:
venit maria ma
gdalene et alte
ra maria videre
sepulchrū. Et ec
ce terremot⁹: fact⁹ est magn⁹. An
gel⁹ aūt dñi descēdit de celo: et ac
cedēs reuoluit lapidē/ et sedebat
sup eū. Erat aūt aspect⁹ ei⁹ sicut
fulgur: et vestimēta ei⁹ sicut nix.
Pre timore autem eius exterriti
sunt custodes: et facti sunt velut
mortui. Respondēs autem ange
lus dixit mulierib⁹. Nolite time
re vos. Scio eni q̄ iesum qui cru
cifixus est q̄ritis Nō est hic. Sur
rexit enim: sicut dixit Venite ⁊ vi
dete locum: vbi positus erat dñs
Et cito euntes dicite discipulis B.
eius q: surrexit: ⁊ ecce pcedet vos
in galileā. Ibi eū videbitis: ecce
predixi vobis. Non dicit. Credo
sed post euangeliū dicitur. Dñs

vobiscum. et Oremus. Non dicitur offertorium. Secreta.

Suscipe quesumus dñe preces populi tui cuz oblationibus hostiarum: vt paschalibus initiate mysteriis: ad eternitatis nobis medelā te operante proficiāt. Per dñm. Prefatio. Et te quidem omni tēpore. sed in hac potissimū nocte. et Cōmunicantes. et noctē sacratissimā et Hanc igitur. Hec prefatio. dicitur per totam ebdomadam pasche: et in omnibus dominicis vsqꝫ ad ascensionem dñi quando de resurrectione agitur. Communicantes. vero et Hanc igitur per ebdomedam et in octa. pasche tantum dicuntur. Hac die dicitur Sanctus. solenniter. Sacerdote vero dicēte. Pax dñi sit semp vobiscū. et choro rñdēte Et cū spū tuo Nō dr̄ Agnus dei. nec pax detur: sed facto īteruallo īcipiant vespe festiue sine regimine chori/ sine campanarum pulsatione/ et sine. Deus in adiutorium. a quodā de superiori gradu et parte chori sic. Alla. ps.

Laudate dominuz omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniā confirmata est sup nos mia eius: et veritas domini manet ineternū. Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nūc et semp: et in secula seculorū amen. Tota dicitur ant Alleluya alleluya alleluya alleluya. Qua dicta: statim incipiatur ant. sup. Magnificat ab excellentiore post eum qui celebrauerit: sed non prenuntiatur a choro ante psalmi intonationem. Non thurificetur altare/ neqꝫ chorus. ant. Vespere autē sabbati que lucescit i prima sabbati: venit maria magdalene et altera maria videre sepulchrū alleluya. Psalmus. Magnificat. Repetita añ. dicat sacerdos. Dñs vobiscū. et Orem⁹. Oratio.

Spiritum nobis domine tue charitatis īfunde: vt quos sacramētis paschalibus satiasti tua facias pietate cōcordes. Per dñm. Et sic missa et vespe simul finiantur: dicēte dyacono. Ite missa est. cū nota de Alla. Oratio dicenda a sacerdote ante missam.

Deus q̄ de indignis dignos facis/ et de peccatoribus iustos et sanctos/ et de immundis mundos: munda cor et corp⁹ meum ab omni contagione et sorde peccati et fac me dignū atqꝫ strēnuum sanctis altaribus tuis ministrum et concede propicius: vt in hoc altari ad quod indignus accedo hostias acceptabiles atqꝫ placabiles offeram pietati tue pro peccatis et offensis meis. et innumeris quotidianisqꝫ excessib⁹ meis/ atqꝫ cunctorum simul christianorum culpis abluendis: et per eū sit tibi votum meum acceptabile/ qui se tibi deo patri pro nobis obtulit sacrificiū. Qui tecum viuit et regnat. Oratio dicenda a sacerdote ante missam.

Domine nō sum dignus vt intres sub tectum meū sed confisus de tua pietate ad altare tuum accedo infirmus ad medicum vite/ cecus ad lumen claritatis eterne/ egenus ad dominum celi et terre/ nudus ad regez glorie/ ouis ad pastorē/ figmentū ad

suū creatoꝛē/desolat⁹ ad piū ꝯso-
latoꝛē/miser ad misericoꝛdē/cri-
minosus ad venie largitoꝛē/ipi⁹
ad iustificatoꝛē/idurat⁹ ad gr̃e i-
fusoꝛē/rogās imēse mie tue abū-
dātiā: qtenus meā digneris sana
re ifirmitatē lauare feditatē/illu
G. Huic oẽs pphete testimoniũ phibẽt: remissionẽ pctõr accipere p nomẽ eius/oẽs q̃ credũt in eum. Adhuc loquẽte petro verba hec: cecidit spũs sctũs super oẽs q̃ audiebãt verbũ. Et obstupuerũt ex circũcisiõe fideles q̃ venerãt cũ petro: quia ⁊ in natiões grã spũs scti effusa est. Audiebãt eni illos loquẽtes liguis: ⁊ magnificãtes deũ. Tũc respõdit petr9. Nunqd aquã q̃s phibere põt: vt nõ baptizent hi/q̃ spm̃ sctm̃ acceperũt sicut ⁊ nos? Et iussit eos baptizari in noie dñi nr̃i iesu xpi. All'a. V.

Eccl. Emitte spm̃ tuũ ⁊ creabunt: ⁊ renouabis faciẽ tre All'a. V.

Johã. xiiij. Paraclit9 spũs sanctus quẽ mittet pater in noie meo: ille vos docebit oẽm veritatẽ. Seqn. D.

Resonet sacrata iam turma diua symphonia. Repleta gaudia pmissa e celo reddita. In vnũ 2gregata apl'or phalãx preclara expectans munera. Repẽte vox diuia paraclytũ nũciat decorãs sctõr viscera. Fant oi lingua nõnulla mysteria deiq magnalia. Cãtica diuia nõ cessat reboare ei9 quoq catua. O de9 ois arui te laudat sol ⁊ luna cõcrepat vsia cũcta celica ⁊ pfunda flumia. Te psallat tellus alma sydera cũcta clara iubilat/adorat/amat redẽpta ois quoq aia. Stupẽs iudea hec inqt execrãda cõcio ista vino est repleta mustiq crapl'a bacho plenos deputat repletos gratia. Sumẽs hec petr9 diuina mysteria superat obdurata corda illa ⁊ fore affirmat vaticinia Johelis de hoc predicta. Quãs aia nunc nostra boat carmina deuota quo suscipiat celestia habitacula. Pãgat ois chorda nr̃a sctã preconia tua vt semp pia pcipiat charismata. Oẽm hãc merã suscipe: nelodiã vt queam9 scãdere luciflua ⁊ tua celsa et decora vranica. Dudũ sacrata imbuisti pectora: nũc

nos reple lumine polorũve gau-
dia cedas ppetua atqꝫ regna. Te
decet laus per tẽpora ⁊ gloria sy-
dera o sanctũ pneuma. Tu aīas
et corpora nostra christe posside-
as in sempiterna doxa. Euange-
lium. ¶ Sequentia sancti euan-
gelij. Secundum Johannem.

ca.iij. In illo tẽ-
B. pore. Di-
xit iesus cuidaꝫ
principi phari-
seorũ. Sic deus
dilexit mũdum:
vt filiũ suũ vni-
genitum daret/
vt omīs q̄ credit

in eũ non pereat: sed habeat vitã
eternã. Nõ eñ misit deus filium
suũ in mundũ vt iudicet mundũ:
sed vt saluetur mũdus ꝑ ipsum.
C. Qui credit in eum: nõ iudicatur.
Qui autẽ nõ credit: iam iudicat⁹
est: qꝛ nõ credit in noīe vnigeniti
filij dei. Hoc est autẽ iudiciũ: qꝛ
lux venit in mũdum/ ⁊ dilexerũt
hoīes magis tenebras q̄ lucem.
Erant eñ eorũ mala opera. Dis
enim qui male agit: odit lucẽ. Et
nõ venit ad lucẽ: vt nõ arguãtur
opera eius. Qui autẽ facit veri-
tatẽ venit ad lucẽ: vt manifesten-
tur eius opa: qꝛ in deo sunt facta.
Psal. Credo. Offr. Intonuit de celo dñs
xvij. et altissimus dedit vocem suã/ et appa-
ruerũt fontes aquarũ alła. Secreta.
PResta quesum⁹ dñe: vt se-
cũdum promissionem filij
tui dñi nostri iesu christi: spiritus
sanctus et huius nobis sacrificij
copiosius reuelet archanũ: ⁊ om-
nẽ reseret ppicius veritatẽ. Per
dñm. in vnitate eiusdẽ. Prefatio.

Qui ascendẽs. et Cõmunicãtes.
et Hanc igitur. Cõio. Spiritus san Johã.
ctus docebit vos alleluya: quecũqꝫ di- xxiiij.
xero vobis alleluya alła. Postcõio. D.
PLenum in nobis dñe q̄s re-
mediũ nostre redẽptionis
operare: vt habitatiõe sancti spi-
ritus digni effici valeamus. Per
dñm nostrũ iesum christũ. in vni-
tate eiusdẽ. ¶ Feria.iiij. post pen-
thecosten. Ad missam. Officium.
ACcipite iocũditatẽ glo Eccłe
rie vestre alła: gratias vor.
agẽtes deo alła: q̄ vos
ad celestia regna voca
uit alła alła alła. ps. Attendite po- Psal.
pule meus legem meã: inclinate aurem lxxvij
vestram in verba oris mei. Oratio.
ADsit nobis dñe quesum⁹
virtus spirit⁹ sancti: que
et corda nostra clementer expur-
get: ⁊ ab oībus tueatur aduersis.
Per dominũ. in vnitate eiusdem.
Epistola. Lectio actuum apłor.
IN diebus illis. Cũ audis- c.viij.
sent apostoli qui erant hie- C.
rosolymis/ quia recepisset sama-
ria verbũ dei: miserunt ad eos pe-
trũ ⁊ iohannẽ. Qui cũ venissent
orauerũt ꝓ ipsis: vt acciperẽt spi-
ritũ sanctũ. Nõdum eñ in quẽq̄
illorũ venerat: sed baptizati tan-
tũ erant in noīe dñi iesu. Tunc
imponebãt man⁹ sup illos: ⁊ ac-
cipiebãt spiritũ sanctũ. Alła. V.
Emitte spiritũ tuũ ⁊ creabunt: et reno Eccłi.
uabis faciẽ terre. Alła. V. Veni san-
cte spũs reple tuoꝝ corda fideliũ: et tui
amoris in eis ignẽ accẽde. Seq̄ntia.
EYa musa dic queso ꝑclara
chorea. Blãdisicaqꝫ vibẽs
ꝑstrepe organa. Ast modulãs ty-
bia resultet plectro laudum leta

carmina. Nostra q̃ caterua hui⁹ diei
cupia. Paracliti charisma: hac
die alumnos christi plene intrat.
Facto repēte sono linguis christi
fantur magnalia. Vesano plena
ructu pfidia: musto alūnos ma-
dere putat spūs gratia ardētes:
quos reddidit feruida. Anastasi
peracta qnquagena: mysticus pe
netrat spūs pectorꝝ intima oppi-
do reddēs flāmātia. Mox egres-
si oēs vna: tetra pagrat arua in-
fundētes verbi semina. Mystica
patrātes signa: supno rore noua
bibula madidāt itima. Ecce xp̄e
nūc catua tua. In hac aula: de-
cantat cantica. Ut celesti pmixta
agmini indiscrete: dicat noua ti-
bi pmēs cātica. Sit pennis dn̄o
gloria. Dec⁹ / honor / potestas / p
secula. Qui tribuit spūs grāꝫ oi-
bus p arua: q̄ sequunt̄ ei⁹ / moni-
ta. Poscimus oēs vna supplices
magnalia. Ut sctūs nostra spūs
emundans itima. Illustret clare
sophia alla. Secūdum iohannē.

c.x.A.

In illo tē-
pore. Di-
xit iesus discipu
lis suis. Amen
amē dico vobis:
qui nō intrat p
ostiū in ouile o-
uiū: sed ascēdit
aliunde / ille fur est / ꝛ latro. Qui
autē intrat per ostium: pastor est
ouiū. Huic ostiari⁹ aperit: ꝛ oues
vocē ei⁹ audiūt. Et pprias oues
vocat noiatim: et educit eas. Et
cū pprias oues emiserit: ante eas
vadit. Et oues illum sequunt̄: q̄r
sciūt vocē eius. Alienū aūt nō se-
quunt̄ / sed fugiūt ab eo: q̄r nō no
uerunt vocē alienorū. Hoc puer-
bium dixit eis iesus. Illi autē nō
cognouerunt: quid loqueret̄ eis.
Dixit ergo eis iterū iesus. Amen
amē dico vobis: q̄r ego sum ostiū
ouiū. Oēs quotquot venerūt: fu B.
res sunt ꝛ latrones / sed nō audie
rūt eos oues. Ego sum ostiū. Per
me si q̄s introierit saluabit̄ / ꝛ in-
gredict̄ / ꝛ egredict̄: et pascua in-
ueniet. Fur nō venit nisi vt furet̄
et mactet ꝛ pdat. Ego veni: vt vi
tam habeāt: et abundantius ha-
beant. Credo. Offert. Portas celi Psal.
aperuit dominus / ꝛ pluit illis mānavt lxxvij
ederēt: panē celi dedit eis: panē angelo
rum māducauit homo alla. Secreta.

Descēdat q̄s dn̄e spūs san-
ctus sup hoc altare: q̄ ꝛ do
na populi tui sctificet / ꝛ sumētiū
corda placat⁹ emundet. p. eiusdē.
Cōio. Spūs q̄ a patre pcedit alla: ille Joh.
me clarificabit alla alla. Postcōio. xv. D.

Mentes nr̄as q̄s dn̄e spūs
sctūs diuinis reparet sa-
cramētis: q̄r ipse est remissio oim
pctōrū. Per do. In vnita. eiusdē.

Feria. iiij. quatuor tēporū: nō
dicit̄ alia magna missa q̄ de ieiu-
nio: nec in. vj. feria nec i sabbato:
scd̄m vsum Sar. Ad missā. Offi.

Deus cum egredereris Psal.
corā populo tuo alla: lxvij.
iter faciēs eis alla: ha-
bitās in illis alleluya
alleluya. ps. Exurgat deus et dissipē Ibidē
tur inimici eius: et fugiant qui oderunt
eum a facie eius. Kyrie eleyson. cū
suis v̄. dicit̄. Statim sequat̄ Glo
ria in excelsis. Nō dicit̄ Dn̄s vo-
biscum. sed tm̄ Oremus. Oratio

Presta q̄s ops̄ de⁹ vt a nr̄is
mētib⁹ carnales amoueat

spūs sctūs effect⁹ ꝛ spūalia nobis dona potēter īfundat. Per do. in vnita. eiusdē. Lcto libri sapiētie.

c.j.A. Diligite iusticiā: q̄ iudicatis terrā. Sētite de dn̄o in bonitate: ꝛ in simplicitate cordis querite illū. Qm̄ inuenit ab his qui nō tētāt illū: apparet aūt eis qui fidē habēt in illum. Peruerse eñ cogitatiōes: separāt a deo. pbata aūt virt⁹: corripit īsipiētes. Qm̄ in maliuolā aiam: nō itroibit sapiētia: nec habitabit in corpore: subdito peccatis. Sctūs eñ spūs discipline effugiet fictum: ꝛ auferet se a cogitationib⁹ q̄ sunt sine intellectu: et corripiet a superueniente iniq̄tate.
B. Benignus est eñ spūs sapientie: ꝛ nō liberauit maledictū a labijs suis. Qm̄ renum illius testis est de⁹: ꝛ cordis eius scrutator est verus: ꝛ lingue eius auditor. Qm̄ spūs dn̄i repleuit orbē terrarū: ꝛ hoc qđ cōtinet oia scientiā habet vobis. Et legatur ab accolito suppellicio iduto in pulpito. Deinde tres clerici de scda forma in cappis sericis ibidē
Eccli. dicāt Alla. V̇. Emitte spiritū tuū et creabuntur: et renouabis faciem terre. Non repetat Alleluya. Sequatur Dn̄s vobiscū. et Oremus. Orō.

Mentes nr̄as q̄s dn̄e spūs sctūs paclyt⁹ q̄ a te pcedit illuminet: ꝛ īducat in oēm sicut tuus pmisit fili⁹ vitatē. Qui te.i vni. eiusdē. Lectio actuū aplor̄ū.

c.ij.B In dieb⁹ illis. Stās petrus cū vndecim: eleuauit vocē suā: ꝛ locut⁹ est eis. Viri iudei ꝛ q̄ habitatis hierusalē vniuersi: hoc vobis notū sit: ꝛ auribus pcipite
C. verba mea. Nō eñ sicut vos estimatis hi ebrij sunt: cum sit hora diei tertia. Sed hoc est qđ dictū est: p pphetā iohel. Et erit in nouissimis dieb⁹ dicit dn̄s: effundā de spū meo sup omnē carnē. Et pphetabunt filij vestri ꝛ filie vestre: ꝛ iuuenes vestri visiōes videbūt / ꝛ seniores vr̄i sōnia somniabunt. Et q̄dē sup seruos meos: ꝛ sup ācillas meas: in dieb⁹ illis effundā de spū meo / ꝛ pphetabūt. Et dabo pdigia in celo sursum / et signa in terra deorsum: sanguinē / et ignē / et vaporē fumi. Sol cōuertetur in tenebras / ꝛ luna in sanguinē: anteq̄ veniat dies dn̄i magn⁹ / et magnifestus. Et erit. Ois q̄cūq̄ inuocauerit nomē dn̄i saluus erit. Alla. V̇. Loq̄bant variis linguis apl̄i magnalia dei. Repetatur Alla. sine neuma. Seq̄ntia. Actu. tit.B

Lux iocunda lux insignis: qua de throno miss⁹ ignis in xp̄i discipl'os. Corda replet linguas ditat ad cōcordes nos inuitat / lingua cordis modulos. Xp̄s misit qđ pmisit: pign⁹ spōse quā reuisit: die quinquagesima. Post dulcorē melleū: petra fudit oleū / petra iā firmissima. In tabellis saxeis nō in liguis igneis / lex de mōte popl'o. Paucis cordis nouitas: ꝛ linguarū vnitas / dat in cenaculo. O q̄ felix q̄ festiua / dies in qua primitiua / fundat eccl'ia. Viue sunt primitie: nascentis ecclesie / tria primū milia. Panes legis primitiui: sub vna sunt adoptiui / fide duo populi. Se duob⁹ interiecit: sicq̄ duos vnū fecit / lapis caput anguli. Utres noui nō vetusti: sunt capaces noui musti: vasa parat vidua. Liquorē dat

helise⁹ nobis sacrū rorē de⁹: si cor
da sint ꝯgrua. Nō hoc musto vel
liquore nō hoc sum⁹ digni rore/ si
discordes morib⁹. In obscurī ꝛ di
uisis: nō pōt hec pacisci/ habita
re cordib⁹. Cōsolator alme veni/
liguas reple corda leni/ nihil fel-
lis aut veneni sub tua pn̄tia. Nil
iocūdū nil amenū: nil salubre nil
serenū: nichil dulce: nichil plenū:
sine tua gr̄a. Tu lumen es ꝛ vn-
guētū: tu celeste cōdimētū: aq̄ di-
tās alimētū: vtute mysterij. No
ua facti creatura: te laudam⁹ mē
te pura: gr̄e nūc: sed natura: pri⁹
ire filij. Tu q̄ dator es ꝛ donū: nr̄i
cordis oē bonū: cor ad laudē red-
de pronū: nr̄e ligue formās sonū:
in tua preconia. Tu purga nos a
pctis: auctor ip̄e pietatī: ꝛ in xp̄o
renouatī: da pfecte nouitatis: ple
na nobis gaudia. Euā. S. iohēz.

ca. vj. E.

In illo tpe Dixit ies⁹ discipulis suis: et turbis iudeorū. Nemo pōt veni re ad me: nisi pr̄ q̄ misit me/ tra xerit eū. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die Est scriptū in prophetis. Et erūt oēs docibiles dei. Ois q̄ audiuit a pr̄e ꝛ didicit: venit ad me. Non q2 patrē vidit quisq̄: nisi is q̄ est a deo hic videt patrē. Amē amē di co vobis: q̄ credit i me: habet vitā eternā. Ego sū panis vite. Pr̄es vr̄i māducauerūt māna in deser to ꝛ mortui sunt. Hic est panis de celo descēdēs: vt si q̄s ex ipso mā ducauerit: nō moriat. Ego sū pa nis viu⁹: q̄ de celo descēdi. Si q̄s māducauerit ex hoc pane: viuet in eťnū. Et panis quē ego dabo: caro mea ē p mūdi vita. Credo.

Offer. Meditabor in mandatis tuis q̄ Psal.
dilexi valde: ꝛ leuabo manus meas ad cviij.
mādata tua que dilexi all'a. Secreta.

Oblata tibi dn̄e quesumus munera spirit⁹ sanct⁹ sanctificet: et eorū nos participatio ab omniū peccatorū cōtagione custodiat. Per eūdem. eiusdē. Cōio.
Pacē meā do vobis alleluya: pacem re Johā.
linquo vobis alleluya all'a. Postcōio. xiiij.

Per hui⁹ dn̄e vtutē myste- D.
rij tue nos claritatis ppe-
tuus splendor illustret: et consub stātialis tibi filio gr̄a spūs sctī il luminet. Qui tecū. ¶ Fer. v. post pēthe. Officiū. vt5. in die pēthe co. folio. ciiij. sine versibus. Oro.

Presta q̄s ops ꝛ misericors deus: vt spūs sanct⁹ adueniēs tēplū nos gr̄e sue dignāter inhabitādo pficiat. p dn̄z. in vnitate eiusdē. Lectio actuū apl'or.

In diebus illis. Philippus c. viij.
descendēs in ciuitatē sama A.
rie: predicabat illis xp̄m. Intēde bant autē turbe his que a philip po dicebant vnanimiter audien tes: ꝛ vidētes signa que faciebat. Multi eñ eor q̄ habebāt spirit⁹ imundos: clamātes voce magna
exibāt. Multi autē paralytici et B.
claudi: curati sunt. Factū est er go gaudiū magnū: in illa ciuita
te. All'a. V. Emitte spm̄ tuū ꝛ crea- Eccli.
bunť: et renouabis faciē terre. All'a.
V. Fact⁹ est repēte de celo sonus adue- Act. ij
nientis spūs vehementis. Sequētia. A.

Alma chorus dn̄i: nūc pā gat noia sūmi. Messyas: sother/ emanuel/ sabaoth/ ado-

nax. Est vnigenit⁹ via/vita/manus/hō/vsyō. Pricipiū/progenitus/sapiētia/virt⁹. Alpha/caput/finisq simul vocitat ꝛ est oo Fons ꝛ origo boni paraclytus ac mediator. Agnus/ouis/vitulus serpens/aries/leo/vermis. Os/verbū/splendor/sol/glīa/lux/ꝛ imago. Panis/flos/vitis/mōs/ianua/petra/lapisq. Angelus/et sponsus/pastorq/propheta/sacerdos. Athanatos/Kyrios/theon/panthon/crathō/ꝛ ysus. Saluificet nos. sit cui secla. Per omnia doxa. Secūdum Lucam.

c.ix.A In illo tpe Conuocatis Jesus duodeci apl'is dedit illis virtutem ꝛ potestatē super oīa demonia: et vt lāguores curarēt. Et misit illos p̄dicare regnū dei: et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis in via/neq virgā/neq peram/neq panē/neq pecuniā/neq duas tunicas habeatis. Et in quācunq domū intraueritis: ibi manete: ꝛ inde ne exeatis. Et qcūq nō receperint vos exeūtes de ciuitate illa: etiā puluerē pedū vestrorū excutite in testimoniū sup̄ illos. Egressi autē circuibāt per castella euāgelizantes: et curantes

Psal. lxvij. vbiq. Credo. Offr. Confirma hoc deus: quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in hierusalem: tibi offerent reges munera alleluya. Secreta

Virtute sctī spūs dñe munera nr̄a attige: vt qd solēnitate p̄senti tuo noī dedicauit/ꝛ intelligibile nobis faciat: et eternū. p do. in vni. eiusd. Cōio. Fact⁹ est repēte de celo son⁹: aduenientis spūs vehemētis: vbi erāt sedentes alla: ꝛ repleti sunt oēs spiritu sancto loquentes magnalia dei alleluya alla. Postcōio Act. ij A.

Sacrificijs celestib⁹ qs dñe operāte spū sctō: vicia nr̄a purgent: vt muneribus tuis semp possimus aptari. Per eundē. In vnita. eiusd. ¶ Feria. vj. quatuor temporū. Ad missam. Officiū.

Repleat os meū laude tua alla: vt possim cātare alla: gaudebūt labia mea dū cantauero tibi alla alla. ps. In te dñe speraui non confundar in eternum: in iusticia tua libera me/et eripe me. Oratio. ps. lxx Eodē.

Da qs eccl'ie tue misericors de⁹: vt spū sctō 9gregata: hostili nullaten⁹ icursiōe turbet. Per do. in vni. Lectō actuū apl'or.

In dieb⁹ illis. Apl's petrus os suū: dixit. Viri israelite: audite v̄ba hec. Jesum nazarenū virū approbatū a deo i vobis: virtutib⁹ ꝛ p̄digijs ꝛ signis q̄ fecit p illū de⁹ i medio vr̄i sicut vos scit': hūc definito 9silio ꝛ p̄scientia dei traditū p man⁹ iniquor affigētes interemistis. Quē de⁹ suscitauit/solut' dolorib⁹ inferni: iuxta qd ipossibile erat teneri illū ab eo David eīn dicit in eū. Prouidebā dñm in cōspectu meo semper: qm a dextris est michi ne cōmouear. Propter hoc letatū est cor meū: et exultauit ligua mea: isup et caro mea requiescet i spe. Qm nō derelinques aiā meā i inferno: nec dab' sctm tuū videre corruptionē. Notas michi fecisti vias vite: reple c.ij.D

bis me iocunditate/cū facie tua.
Eccli. Alla. V. Emitte spiritū tuū ⁊ creabunt
Sap. ⁊ renouab; faciē tre. Alla. V. Spūs
j.B. dn̄i repleuit oꝛbē terrarū: ⁊ hoc qd̄ cōti
net oia sciētiā habet vocis. Seq̄ntia.

Laudes deo deuota. Dulci voci ac sonoꝛa. Plebs resultet catholica. Spiritus sancti gratia. Apostolis die hodierna. In igneis linguis est infusa. Paraclyti pꝛesentia. Emūdet nos a peccati macula. Pura sibi aptās habitacula. Charismatū ac munera. Pctōꝛib⁹ nr̄is pi⁹ infundat. Uita nr̄a ei vt cōplaceat. Per seculoꝝ scl̄a. Cōclamem⁹ all'a. Sit deo laus/potestas/honoꝛ/virt⁹ et gloꝛia. Euāgel. Scd̄m Lucā.

c.v.D

In illo tpe Factū est in vna dieꝝ: ⁊ iesus sedebat docens. Et erant pharisei sedētes et legisdoctoꝛes q venerant ex oī castello galilee/ et iudee ⁊ hierusalē: ⁊ virtus dn̄i erat ad sanandū eos. Et ecce viri poꝛtātes in lecto hoiem q erat paralytic⁹: ⁊ querebāt eū inferre: et ponere ante eū. Et nō iueniētes qua parte illū iferrēt pꝛe turba: ascēderūt supꝛa tectū/⁊ p tegulas sūmiserūt illū cū lecto i medio añ iesum. Quoꝝ fidē vt vidit: dixit. Hō/remittunt tibi pctā tua. ⁊ ceperūt cogitare scribe ⁊ pharisei: dicētes. Quis est hic q loq̄tur blasphemias? Quis potest dimittere
E. pctā: nisi solus de⁹? Ut cognouit aūt iesus cogitatiōes eoꝝ: rn̄dēs dixit ad illos. Quid cogitatis mala in coꝛdib⁹ vr̄is? Quid ē facili⁹ dicere/dimittunt tibi pctā: an dicere surge ⁊ āmbula? Ut aūt sciatis q2 fili⁹ hois hz potestatē in tra dimittendi pctā: ait paralytico. Tibi dico surge: tolle lectū tuū/⁊ vade in domū tuā. Et ɔfesti surgēs co- F.
rā illis: tulit lectū in quo iacebat et abijt in domū suā magnificās deū. Et stupoꝛ appꝛehēdit oēs: et magnificabāt deū. Et repleti sūt timoꝛe dicētes: q2 vidim⁹ mirabilia hodie. Credo. Offer. Lauda aia Psal.
mea dn̄m: laudabo dn̄m i vita mea: psal cxlv.
lam deo meo q̄diu ero all'a. Secreta.

Sacrificia dn̄e tuis oblata cōspectib⁹/ille ignis diuinus assumat: q discipuloꝝ chꝛisti tui per spm̄ sanctū coꝛda succēdit. Per eundē. in vnitate eiusdē.

Cōio. Spūs vbi vult spirat: ⁊ vocem Joh.
eius audis: sed nescis vnde veniat aut iij. I.
quo vadat alleluya all'a. Postcōio.

Concede q̄s oīps de⁹: vt huius pceptiōe sacramēti: ita nostre fragilitatis vicia expurgētur: quaten⁹ p spm̄ sanctū repꝛomissum i nobis donū tue grē sentiam⁹. Per do. in vnitate eiusdē.

¶ Sabbato. iiij. tēpoꝛū. Officiū.

Charitas dei diffusa est Ro.
in coꝛdib⁹ vr̄is all'a: p v.A.
ihabitātē spm̄ ei⁹ i vo
bis all'a all'. ps Dn̄e de⁹ ps. lxxx
salutis mee: in die clamaui ⁊ nocte coꝛā vij.
te. Kyꝛie el. solenniter dr̄ absq̄ V. Sequat Glia in excel. sicut infra oct. cū regi. cho. Oēs orōnes sine Dn̄s vo. dn̄r. p̄ter vltimā q est āte epi. sed tn̄ cū Oꝛemus. Et oēs lectiones cū suis titulis legant ad grad. cho. i suppellicijs. Pꝛia V. lectō ab accolito/⁊ alie a clericis de

secūda forma legant: tñ .v. lec. ab aliquo de superiori gradu legat. Et singula Alla. a duob⁹ puer: in suppellicijs ibidē cantent sine repetitiōe Alla. post suū v. Oratio.

MEntibus nr̄is q̄s dn̄e spm̄ sctm̄ benign⁹ īfunde: cui⁹ et sapiētia cōditi sum⁹: ⁊ puidētia gubernamur. Per. in vnitate eiusdem. Lectio iohelis pphete.

c.ij.G HEc dicit dn̄s de⁹. Effundā de spū meo sup oēm carnē: et pphetabūt filij vr̄i / ⁊ filie vr̄e. Senes vr̄i somnia somniabūt: ⁊ iuuenes vestri visiones videbūt. Sed ⁊ sup seruos meos ⁊ ācillas meas in dieb⁹ illis / effūdā de spū meo: ⁊ dabo pdigia in celo sursū: et signa in t̄ra deorsuz / sanguinē et ignē / ⁊ vaporē fumi. Sol cuertet i tenebras: ⁊ luna i sanguinē: anteq̄ veniat dies dn̄i magn⁹ et horribilis. Et erit. Ois q̄cūq̄ inuocauerit nomē dn̄i: saluus erit.

Eccli. Alla. V. Emitte spm̄ tuū ⁊ creabunt et renouabis faciē terre. Nō repetat Alla. post V. sed di: Oremus. Oro.

ILlo nos igne q̄s dn̄e spūs sctūs inflāmet: quē dn̄s nr̄ iesus xp̄s misit in terrā: et voluit vehemēter accēdi. Qui tecū. In vnitate eiusdē. Lectō libri leuitici

c.xxiij B. IN dieb⁹ illis. Locut⁹ ē dn̄s ad moysen: dicēs. Loq̄re filijs isrl̄: ⁊ dices ad eos. Cū igressi fueritis t̄rā quā ego dabo vobis: et messueritis segetē: feretis manipulos spicar: primitias messis vestre ad sacerdotē. Qui eleuabit fasciculū corā dn̄o: vt acceptabilis sit p vob: altero die sabbati: ⁊

C. sctificabit illū. Numerabitis ergo ab ipso die: in quo obtulistis manipulos primitiarū septē ebdomadas plenas / vsq̄ ad alterā diem expletionis ebdomade septime. Et sic offeretis sacrificiū nouū dn̄o: et oib⁹ habitaculis vestris. Panes primitiar duos de duab⁹ decimis simile: quos eleuabit sacerdos corā dn̄o. Et vocabit: hūc diem celeberrimū / atq̄ sanctissimū. Oē opus seruile: nō facietis in eo. Legitimū sempiternū erit in cūctis habitaculis: et generationibus vestris. Dicit dn̄s: oipotens. Alleluya. V. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fideliū: et tui amoris in eis ignem accēde. Oratio. Eccli.

DEus qui ob animarū medelam ieiunij deuotione / castigari corpora precepisti: cōcede nobis propicius: ⁊ mente ⁊ corpore semp tibi esse deuotos. Per dominū. Lectio libri Deuteronō.

IN diebus illis. Dixit moyses filijs israel Audi israel: que ego precipio tibi hodie. Cum intraueris terram quā dn̄s deus tuus daturus est tibi possidendā: et obtinueris eā / atq̄ habitaueris in ea: tolles de cunctis frugibus tuis primitias / et pones in cartallo. Pergesq̄ ad locum quē elegerit dn̄s deus tuus: vt ibi inuocetur nomē eius. Accedesq̄ ad sacerdotē qui fuerit in diebus illis: ⁊ dices ad eum. Profiteor hodie corā domino deo tuo / qui exaudiuit nos: et respexit humilitatem nostram / ⁊ laborem nostrū / atq̄ angustias / et eduxit nos de egypto in manu forti / et brachio extēto. In ingēti pauore i signis atq̄ portētis: ⁊ itroduxit nos ad locū istū / et tradidit nobis terrā c.xxvj A.

lacte et melle manātē. Et idcirco nūc offero p̄mitias frugū terre: quā dn̄s deus tuus dedit michi. Et dimittes eas i ɔspectu dn̄i dei tui: ⁊ adorato dn̄o deo tuo: epulaberis in oib⁹ bonis q̄ dn̄s de⁹ tu⁹

Actu. xix. A

dederit tibi. Alla. V. Loq̄bant variis linguis ap̄li: magnalia dei. Oro.

Presta q̄s omp̄s de⁹: vt salutaribus ieiunijs eruditi: ab oibus etiā vicijs abstinentes: p̄piciationē tuam facilius impetremus. Per. Lctō libri Leuitici.

c. xxvi A.

In dieb⁹ illis. Dixit dn̄s ad moysen. Loq̄re filijs isrl̄: et dices ad eos. Si in p̄ceptis meis ambulaueritis: ⁊ mandata mea custodieritis ⁊ feceritis ea / dabo vobis pluuias tp̄ibus suis: ⁊ tra gignet germen suū / ⁊ pomis arbores replebunt. App̄hēdet messium tritura vindemiā: ⁊ vindemia occupabit semētē. Et comedetis panē vestrū in saturitate: ⁊ absq̄ pauore habitabitis in terra vr̄a. Dabo pacē in finib⁹ vr̄is: dormietis / ⁊ nō erit q̄ exterreat. Auferā malas bestias a vobis: ⁊ gladius nō trāsibit termios vr̄os. Perseq̄mini inimicos vr̄os: ⁊ corruēt corā vobis. Persequētur quinq̄ de vestris centū alienos: et centū de

B.

vobis decē milia. Cadēt inimici vestri: in ɔspectu vr̄o gladio. Respiciā vos: et crescere faciā. Multiplicabimini: et firmabo pactū meū vobiscū. Comedetis vetustissima veterū: ⁊ vetera nouis sup̄uenientib⁹ p̄iicietis. Ponā tabernaculū meū in medio vestri: ⁊ nō abiiciet vos vltra aīa mea. Ambulabo iter vos / ⁊ ero vester de⁹: vosq̄ eritis pp̄l's me⁹. Dicit dn̄s: omp̄s. Alla. V. Fact⁹ est repēte de celo Act. ij

son⁹ adueniētis sp̄us vehemētis. Oro. A.

Presta q̄s omp̄s deus: sic nos ab epulis carnalib⁹ abstinere: vt a vicijs irruētib⁹ parit ieiunem⁹. p. Lctō danielis p̄phete.

Angel⁹ dn̄i descēdit cū azaria ⁊ socijs ei⁹ i fornacē: ⁊ excussit flāmā ignis de fornace: ⁊ fecit mediū fornacis quasi ventū roris flātē. Flāma aūt diffusa est sup fornacē: cubitis quadragita nouē / et icēdit quos repp̄it iuxta fornacē de caldeis ministros regis: q̄ eam incēdebāt. Illos autē oino nō tetigit ignis: neq̄ ɔtristauit: nec q̄cq̄ molestie intulit. Tūc hi tres quasi ex vno ore laudabāt ⁊ glorificabāt / ⁊ bn̄dicebant deū in fornace: dicētes. Bn̄dict⁹ es dn̄e de⁹ patrū nr̄orū: et laudabilis ⁊ gl'iosus ⁊ superaltat⁹ i secula. Et bn̄dictū nomen gl'ie tue q̄d est sanctū: ⁊ laudabile ⁊ superaltatū in oibus seculis. Bn̄dict⁹ es in tēplo sancto gl'ie tue: ⁊ suplaudabilis ⁊ supgl'iosus in scl'a. Bn̄dict⁹ es i throno regni tui: ⁊ suplaudabilis ⁊ superaltat⁹ in scl'a. Hic finiatur in quadragesima. Bn̄dictus es sup sceptrū regni diuinitatis tue: ⁊ suplaudabilis et superaltat⁹ in secula. Bn̄dict⁹ es q̄ intueris abyssos / ⁊ sedes super cherubin: ⁊ laudabilis ⁊ superaltat⁹ in secula. Bn̄dict⁹ es q̄ ambulas sup pēnas vētor: ⁊ super vndas mar̄: ⁊ suplaudabilis ⁊ superaltat⁹ in secula. Bn̄dict⁹ es in firmamento celi: et laudabilis et gl'iosus in scl'a. Bn̄dicite oīa opa dn̄i dn̄o: bn̄dicite celi dn̄o / bn̄dicite angeli dn̄i dn̄o. Hymnū dicite:

ca. iij. E.

et superaltate eū in secula. Benedicite aque oēs q̄ super celos sunt dn̄o: benedicite oēs virtutes dn̄i dn̄o. benedicite sol ⁊ luna domio. Hymnū dicite: et superaltate eū in secula. Bn̄dicite stelle celi dn̄o: benedicite ymber ⁊ ros dn̄o/ bn̄dicite oīs sp̄us dei dn̄o. Hymnū dicite: ⁊ supererexaltate eū in secula. Bn̄dicite ignis ⁊ estus dn̄o: bn̄dicite noctes ⁊ dies dn̄o. benedicite tenebre ⁊ lumen dn̄o. Hymnū dicite: ⁊ supererexaltate eū in secula. Bn̄dicite frig⁹ et cauma dn̄o: benedicite pruina ⁊ niues dn̄o: bn̄dicite fulgura et nubes dn̄o. Hymnū dicite: ⁊ superaltate eū in scl̄a Bn̄dicat terra dn̄m: bn̄dicite mōtes et colles dn̄o: bn̄dicite oīa nascētia terre dn̄o. Hymnū dicite: et superaltate eū in secula. Bn̄dicite maria ⁊ flumina dn̄o: bn̄dicite fontes dn̄o/ benedicite cete et oīa que mouent in aquis dn̄o. Hymnum dicite: ⁊ supererexaltate eū in secula. Benedicite volucres celi dn̄o: benedicite bestie et vniuersa pecora dn̄o: bn̄dicite filij hominū dn̄o. Hymnū dicite: et supererexaltate eū in secula. Bn̄dicat israel dn̄m: bn̄dicite sacerdotes dn̄i dn̄o bn̄dicite serui dn̄i dn̄o. Hymnū dicite: ⁊ supererexaltate eū in secula. Benedicite sp̄us ⁊ anime iustorū dn̄o: benedicite sc̄ti ⁊ humiles corde dn̄o. Hymnū dicite: ⁊ superaltate eū in secula. Benedicite anania/ azaria/ misael dn̄o. Hymnū dicite: ⁊ superaltate eū in secula.

¶ In vigilia sc̄te trinitatis et in mēse septēbris tota legat lectio. Duo clerici de secunda forma in supplicijs ad gradū chori dicāt Alleluya. ℣. Bn̄dictus es dn̄e deus patrū nostrorū: ⁊ laudabilis in secula. Dan. iij. c. Non repetat Alleluya. Sequatur Dn̄s vobiscū. Oremus. Oratio.

Deus qui trib⁹ pueris mitigasti flāmas ignium: concede ꝓpici⁹: vt adueniēte sp̄u sancto: nos famulos tuos nō exurat flāma viciorum. Per dn̄m. in vnitate eiusdē. Lectio actuum apl̄orū.

In dieb⁹ illis. Cōuenit vniuersa ciuitas: audire verbū dei. Videntes aūt turbas iudei: repleti sunt zelo/ ⁊ cōtradicebāt his q̄ a paulo dicebāt blasphemātes. Tūc cōstāter paul⁹ et barnabas dixerūt. Vobis oportebat primū loq̄ verbū dei: sed q̄m repulistis illud: ⁊ idignos vos iudicastis eterne vite: ecce cōuertimur ad gētes. Sic eīm nobis: p̄cepit dn̄s. Posuite in lucē gētibus: vt sis in salutē vsq̄ ad extremū terre. Audiētes autē gentes gauise sunt: ⁊ glorificabant verbū dn̄i/ ⁊ crediderūt quotquot erāt p̄ordinati ad vitā eternā. Disseminabat aūt verbū dn̄i: ꝑ vniuersam regionē. Judei autē cōcitauerūt religiosas mulieres ⁊ honestas/ ⁊ primos ciuitatis: ⁊ excitauerūt persecutionē in paulū ⁊ barnabā/ et eiecerūt eos de finib⁹ suis. At illi excusso puluere pedū in eos: venerūt yconiū Discipuli quoq̄ replebātur gaudio: ⁊ sp̄u sancto. Et legat in pulpito: qua lecta: duo clerici de superiori gradu in cappis sericis ibidē dicāt Alla. ℣. Laudate dn̄m oēs gentes: ⁊ collaudate eū omnes populi. Repetat Alla. sine neuma. sequit. Alma chorus. vt ō. fer. v. p̄cedēte fo. cvj. Euāge. Secūdū Lucam. c. xiij. c. Psal. cxvi.

c.iiij. F.

IN illo tpe Surgens iesus de synagoga: introiuit in domū symonis. Socrus aūt symonis: tenebat magnis febrib⁹ Et rogauerūt illū p ea. Et stās sup illā imparauit febri: ⁊ dimisit illā. Et ɔtinuo surgēs ministrabat illis. Cū sol aūt occidisset: oēs qui habebāt infirmos varijs lāguorib⁹: ducebāt illos ad eū. At ille singulis manus imponēs: curabat eos. Exibant autē demonia a multꝭ: clamātia et dicētia q2 tu es fili⁹ dei. Et increpās nō sinebat ea loqꝫ: q2 sciebāt ipm esse xp̄m. Facta autē die: egressus ibat i desertū locū / ⁊ turbe reqrebāt eū. Et venerunt vsqꝫ ad ipm: ⁊ detinebāt illū / ne discederet ab eis. Quib⁹ ille ait. Q2 ⁊ alijs ciuitatib⁹ oportet me euāgelizare: regnū dei. Credo. Offer.

p̄.lxxx vij. F. Dñe deus salutis mee / in die clamaui et nocte corā te: intret oratio mea in cōspectu tuo domine alleluya. Secreta.

MItte dñe quesumus spiritum sanctū: qui et hec munera presentia tuū nobis efficiat sacramentū: et ad hoc percipiendum / nostra corda purificet. Per dominū. in vnitate eiusdē. Cōio.

Johā. xiiij. D. Non vos relinquā orphanos: veniā ad vos iterū alleluya / ⁊ gaudebit cor vestrum alleluya alleluya. Postcōio.

PRebeāt nobis dñe diuinū tua sancta feruorē: quo eorum pariter ⁊ actu delectemur: ⁊ fructu. Per dñz. in vnitate eiusd.

¶ In die sctē trinitatis. Officiū.

BEnedicta sit sācta trinitas: atqꝫ indiuisa vnitas cōfitebimur ei q2 fecit nobiscū misericordiā suā. Eccle vor.
ps. Benedicam⁹ patrem et filium: cum sancto spiritu. Dañ. iij.

Non dicitur vlterius. Oratio.

OMnipotēs sempiterne de⁹: q dedisti famulis tuis in ɔfessiōe vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoscere: ⁊ in potētia maiestatis adorare vnitatē: qs: vt eiusdē fidei firmitate / ab oībus semp muniamur aduersis. Qui v i. Lectio libri apocalipsis bti iohānis apli.

IN dieb⁹ illis. Vidi ostium c.iiij. A.
apertū in celo: ⁊ vox prima quā audiui / tanqꝫ tube loquētis mecū: dicēs. Ascēde huc: ⁊ ostēdā tibi: q oportet fieri cito post hec. Stati fui in spū. Et ecce sedes posita erat i celo: ⁊ supra sedē sedēs. Et q sedebat: silis erat aspectui lapidis / iaspidis et sardinis. Et iris erat in circuitu sedis: silis vi
sioni smaragdine. Et in circuitu B.
sedis: sedilia vigintiquattuor. Et super thronos vigintiquattuor seniores sedētes: circūamicti vestimentis albis: ⁊ in capitib⁹ eorū coronas aureas. Et de throno pcedebāt fulgura: ⁊ voces / ⁊ tonitrua. Et septē lāpades ardentes ante thronū: q sūt septē spūs dei.
Et in ɔspectu sedis: tāqꝫ mare vi C.
treū sile cristallo. Et in medio sedis: et in circuitu sedis: quattuor aīalia plena oculis ante et retro. Et aīal primū: sile leoni. Et scdz

aial sil'e vitulo. Et tertiū aial: ha
bēs faciē quasi hois. Et quartū
aial: sil'e aq̄le volanti. Et quatu-
or animalia: singula eorū habebāt
alas senas. Et in circuitu et intus
plena sunt oculis: ꝛ requiē nō ha
bebāt die ac nocte dicētia. Sctūs
sctūs/ sctūs/ dn̄s deꝰ oīps: q̄ erat/
et q̄ est: ꝛ q̄vētur͛ est. Et cū darēt
illa aialia gl'iaʒ/ ꝛ honorē/ ꝛ bn̄-
dictionē sedēti sup thronū viuēti
in scl'a scl'oꝝ: ꝓcidebāt vigintiqua
tuor seniores ante sedētē in thro-
no. Et adorabāt viuētē: i scl'a se-
Dañ. culoꝝ. Gr. Bn̄dictꝰ es dn̄e q̄ ituēris
iij.C. abyssos ꝛ sedes sup cherubi. V. Bn̄dici
Tho. te deum celi: q̄ fecit nobiscū miam suā.
xij.B. Alla. V. Bn̄dictꝰ es dn̄e deꝰ patrū no
Dañ. stroꝝ: ꝛ laudabilis in scl'a. Sequētia.
iij.C. Benedicta sit btā trinitas/
deitas eťna/ parit coequa-
lis gl'ia. Deꝰ genitor/ natꝰ genitꝰ
cū sacro pneumate ꝑmanens sup
oē q̄d extat. Quibꝰ est vna semp
voluntas/ et a se discrepat haud
vnq̄ triplicata ꝑsona. Nā cōstat
deitas vna/ nō i tres deos diuisa
q̄d fides fatetur a xp̄o orthodore
edita. Hec nāq̃ pellit delicta/ pa
triā reddit serenā: quā dulcē iubi
lāt agminia symphoniā celica. Al-
ti throni vestigia: imitanť stolis
cādidata. Opiunť q̃ binas quas
captant: post sec'li discrimina. Et
nos quos illustrat gr̄a dei: supa
demꝰ nr̄a debita Quatenꝰ cat'ua
celica nobis maneat post funera
socia. Ultioq̃ peracto discrimie/
poscimꝰ alto ꝑfrui mox palatio.
Quo ꝑspicua flagrat lux accēsa
cōstāti flāma q̄ deꝰ est/ visio nr̄a
et salus eťna. Angeloꝝ q̄ illustrat
fortiť pectora. Ut in xp̄o solo: sua
defigāt lumina. Hec nāq̃ est sitis
illa flagrās: qua tūc sitiēt anime
sctōꝝ vel corpora. Cū fuerit data
ꝑpetua eis ꝓ bonis a iudice p̄re
mia. Euāgel. Secūdū Johānē.
In illo tp̄e. Erat hō ex pha- ca.iij.
riseis nichodemꝰ noie: ꝑrin A.
ceps iudeoꝝ. Hic venit ad iesū no
cte: ꝛ dixit ei. Rabbi/ scimus q̄ a
deo venisti magister. Nemo eni
pōt hec signa facere q̄ tu facis: nisi
fuerit deꝰ cū eo. Rn̄dit iesus: ꝛ di-
xit ei. Amē amē dico tibi: nisi q̄s
renatꝰ fuerit denuo/ nō pōt vide-
re regnū dei. Dixit ad eū nichode
mus. Quō pōt hō nasci cū sit se-
nex? Nūq̄d pōt in vētrē mr̄is sue
iterato introire/ et renasci? Rn̄dit
iesus. Amē amē dico tibi/ nisi q̄s
renatꝰ fuerit ex aqua et sp̄ū sctō:
nō pōt introire in regnū dei. Q̄d
natū est ex carne/ caro est. Et q̄d
natū est ex sp̄ū: sp̄us est. Nō mire
ris q̄ dixi tibi: oportet vos nasci
denuo. Spiritꝰ vbi vult spirat: ꝛ
vocē eiꝰ audis: sʒ nescis vn̄ veniat
aut quo vadat. Sic est ois q̄ natꝰ
est ex sp̄ū. Rn̄dit nichodemꝰ: ꝛ di B.
xit ei. Quō possunt hec fieri? Re-
spōdit iesus: ꝛ dixit ei. Tu es ma
gister in isrl': ꝛ hec ignoras? Amē
amē dico tibi: q̄ q̄d scimꝰ loquimur
et q̄d vidimꝰ testamur/ ꝛ testimo
niū nostrū nō accipitis. Si terre-
na dixi vobis ꝛ nō creditis: quomō
si dixero vobis celestia credetis?
Et nemo ascēdit i celū: nisi q̄ de-
scendit de celo: filius hois q̄ est in
celo. Et sicut moyses exaltauit
serpētem in deserto: ita exaltari
oportet filiū hois. Ut ois q̄ credit
in ip̄m nō ꝑeat: sʒ habeat vitā eť- Tho.
nā. Offr. Bn̄dictꝰ sit deꝰ pater vnige xij.B.

nitusq̃ dei filius/ sctũs quoq̃ spũs/ q2 fecit nobiscum miam suam. Secreta.

SAnctifica q̃s dñe de⁹ trinitas sctã: p tui scti nois inuocationẽ hui⁹ oblatiõis hostiã: ꝛ p eã nosmetipsos tibi pfice munus eternũ. Qui vi. Prefatio. Qui cũ

Tho. unigẽito. Cõio. Bñdicimus deũ celi: ꝛ corã oibus viuẽtib⁹ cõfitebimur ei:

xij. B. q2 fecit nobiscũ miam suã. Postcõio.

PRoficiat nobis ad salutez corporis ꝛ aie dñe deus nr̃ hui⁹ sacramẽti susceptio: ꝛ sempiterne sctẽ trinitat: eiusdẽq̃ indiuidue vnitatis cõfessio. In qua vi. Per totã ebd̃. fiat mẽoria de trinitate ad mis. de die: nisi i fes. corpis xpi: ꝛ ds missa de trinit. qñ de trinit. fit seruitiũ: nisi missa Salus populi. dicenda fuerit p ebdoma.

¶ Urbanus quint⁹ papa cõcessit oibus xpi fidelibus vere cõtritis et ꝯfessis missam de corpore xpi dicẽtibus: aut deuote audientibus centum dies indulgentiarum.

¶ In festo corporis xpi. Officiũ.

Psal. lxxx. CIbauit eos ex adipe frumẽti alleluya: ꝛ de petra melle saturauit eos alleluya alla alleluya. ps. Exultate deo adiutori no- Cod.

stro: iubilate deo iacob. Et dicat Kyrie Fons bonitatis. Oratio.

DEus q̃ nobis sub sacramẽto mirabili passionis tue memoriã reliquisti: tribue q̃s: ita nos corporis ꝛ sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redẽptionis tue fructũ in nobis iugit sentiamus. Qui vi. Ad corinthios.

FRatres. Ego eñ accepi a j. cor.

dño qd̃ ꝛ tradidi vob: qm̃ xi. e. dñs iesus/ in qua nocte tradebat accepit panẽ: ꝛ grãs agẽs/ fregit et dixit. Accipite ꝛ mãducate: hoc est corp⁹ meũ/ qd̃ p vobis tradet. Hoc facite in meã cõmẽorationẽ. Silr ꝛ calicẽ: postq̃ cenauit dicẽs f.

Hic calix nouũ testamentũ est: in meo sanguie. Hoc facite quoties cũq̃ sumit: in meã ꝯmẽorationẽ. Quotiescũq̃ eñ mãducabit pa nem hũc/ et calicẽ bibetis: mortẽ dñi annũciabitis/ donec veniat. Itaq̃ q̃cũq̃ mãducauerit panẽ/ vel biberit calicẽ dñi idigne: reus erit corporis ꝛ sanguis dñi. Pro- G.

bet autẽ seipm hõ: ꝛ sic de panell lo edat: ꝛ de calice bibat. Qui eñ manducat/ ꝛ bibit indigne: iudiciũ sibi mãducat ꝛ bibit. Nõ dijudicãs: corp⁹ dñi. Gr. Oculi omniũ Psal.

in te sperãt dñe et tu das illis escam in cxliiij.

tẽpore oportuno. V. Aperis tu manum Cod.

tuã: ꝛ imples oẽ animal benedictiõe.

Alla. V. Caro mea vere est cibus: et Johã.

sanguis meus vere est potus: q̃ mãdu- vj. f.

cat meã carnẽ et bibit meũ sanguinẽ in me manet et ego in eo. Sequentia.

LAuda syon saluatorẽ/ lauda ducẽ ꝛ pastorẽ/ in hymnis ꝛ cãticis. Quãtũ potes tãtũ gaude: q2 maior oĩ laude/ nec lau

dare sufficis. Laudis thema spe-
cialis / panis viuus ꝛ vitalis / ho
die pponitur. Quē in sacre mēsa ce
ne: turbe fratrū duodene / datum
nō ambigitur. Sit laus plena sit so
nora / sit iocūda sit decora / mētis
iubilatio. Dies ei solēnis agitur in
qua mēse prima recolitur / huius istitu
tio. In hac mēsa noui regis / nouū
pascha noue legis / phase vetus ter
minat. Vetustatē nouitas / vm-
brā fugat veritas / noctē lux illu
minat. Quod i cena xps gessit faciē-
dū hoc expressit / i sui mēoriā. Do
cti sacris institutis / panē vinū i sa
lutis / cōsecramus hostiā. Dogma
datur xpianis / q in carnē trāsit pa
nis / ꝛ vinū i sanguinē. Quod nō ca
pis qd nō vides / aiosa firmat fi-
des / pter rerū ordinē. Sub diuer
sis speciebus / signis tm̄ ꝛ nō rebus /
latēt res eximie. Caro cibus san-
guis potus / manet tn̄ xps totus sub
vtraq specie. A sumēte nō ɔcisus
nō ɔfractus nō diuisus / iteger acci
pitur. Sumit vnus sumunt mille /
quātū isti tātum ille / nec sumptus
ɔsumitur. Sumūt boni sumūt ma
li / sorte tn̄ inequali / vite vel iteri
tus. Mors est malis / vita bonis:
vide paris sūptionis q̄ sit dispar
exitus. Fracto demū sacramēto /
ne vacilles sed memēto: tātū esse
sub fragmento quātū toto tegitur.
Nulla rei fit scissura / signi tantū
fit fractura qua nec status nec sta-
tura / signati minuitur. Ecce pa-
nis angelorum / factus cibus viatorū /
vere panis filiorum / nō mittēdus ca-
nibus. In figuris presignatur / cū
ysaac imolatur / agnus pasche depu-
tatur / datur māna patribus. Bone pa
stor panis vere / iesu nri miserere /
tu nos pasce nos tuere / tu nos bo
na fac videre in terra viuentiū. Tu
qui cūcta scis ꝛ vales: q nos pa-
scis hic mortales / tu nos ibi cō-
mēsales / coheredes ꝛ sodales fac
sanctorum ciuiū. Secūdū Johānē.

In illo tpe ca. vi.
Dixit iesus f.
discipulis suis: et
turbis iudeorū.
Caro mea vere
est cibus ꝛ sāguis
meus vere est potus.
Qui manducat
meā carnē: ꝛ bi-
bit meū sanguinē: in me manet ꝛ
ego in illo. Sicut misit me viuēs
pr̄: ꝛ ego viuo ppt patrē. Et q mā
ducat me: ꝛ ipse viuet ppt me. Hic
est panis / q de celo descendit. Nō
sicut māducauerūt pr̄es vr̄i mā-
na: ꝛ mortui sunt. Qui māducat
hūc panē: viuet i eternū. Credo.
Offer. Sacerdotes dñi incēsum ꝛ pa- Leuit.
nes offerūt deo: ꝛ ideo scti erūt deo suo xxi.B
et nō pollūet nomē eius alla. Secreta.
Ecclesie tue qs dñe vnitatis
ꝛ pacis ppicius dona ɔcede:
q sub oblatis mūeribus mystice desi
gnantur. p. Prefa. Dr̄ p incarnati.
Hec pfa. dr̄ p totas oct. qn̄ de oct.
fit seruitiū: ꝛ in ɔmēora. eiusdē p
totū annū. Cōio. Quotiēscūq man j.cor.
ducabitis panē hūc et calicem bibetis: xi.f.
mortē dñi annunciabitis donec veniat:
itaq quicūq māducauerit panē vel bi
berit calicē dñi idigne: reus erit corpo
ris et sanguinis dñi alla. Postcōio.
Fac nos qs dñe diuinitatis
tue sempiterna fruitiōe re
pleri: quā preciosi corporis ꝛ sanguis
tui tpalis pceptio pfigurat. Qui
viuis. Per totā ebd. dr̄ eadē mis.

qñ de octa. fit seruitiũ: sed sine se-
quẽtia. ⁊ **Credo.** vbi fiunt oct. cũ
regi. cho. dr̃ sequẽtia. **Ecce panis
angelorũ.** quotiđ. p oct. et i oct. qñ
de oct. fit mis. ¶ Dñica. j. post fes.
scẽ trinitatis. Ad missam. Offi.

ps. xij **Domine i tua mia spe-
rauí: exultauit cor me-
um in salutari tuo: cã-
tabo dño qui bona tri-**
Eodẽ. **buit michi.** ps. Usquequo dñe obli-
uisceris me in finem: vsquequo auertis
faciẽ tuã a me. **Kyrie eleyson.** Orõ.

**Deus in te sperãtiũ fortitu-
do/ adesto ppici⁹ iuocatio-
nibus nr̃is: ⁊ qr sine te nichil põt
mortalis ifirmitas: psta auxiliũ
grẽ tue: vt in exequẽdis mãdatis
tuis/ ⁊ volũtate tibi ⁊ actiõe pla-
ceam⁹. p d.** Mẽo. de triñ. fiat oib⁹
dñicis vsq ad aduẽtũ dñi: nisi qñ
aliqua do. oino differat. ¶ Notã-
dũ est q qñ dup. fes. p estatẽ i do.
ɔtige. nulla de dñica fiet mẽo. ad
mis. lz aliqñ p necessitate fctã fue-
rit mẽo. ad ves. ⁊ ad mat. sub silẽ-
tio: vt alias dictũ ẽ. lz qñ fit de ali-
quo fes. ix. lc. in dñic. sp fiat mẽo.
de do. ⁊ d triñ. ad mis. qñ ad ves. ⁊
ad mat. fctã fuerit mẽo. nisi mis.
dñical debeat cãtari ipã dñica in
caplo. Lctõ eple bti iohãnis apli.

j. ior. c. iiij. **Charissimi. Deus charitas
est. In hoc apparuit chari-**
B. **tas dei in nobis: qm filiũ suũ vni-
genitũ misit de⁹ i mũdũ/ vt viua-
mus p eũ. In hoc est charitas nõ
quasi nos dilexerim⁹ deũ: sed qm
ipse prior dilexit nos: ⁊ misit filiũ
suũ ppiciationẽ p peccatis nr̃is.**
C. **Charissimi/ si deus dilexit nos: ⁊
nos debemus alterutrũ diligere.
Deũ nemo vidit vnq̃. Si diliga-
mus inuicẽ/ de⁹ in nobis manet:
et charitas ei⁹ in nobis pfecta est.
In hoc cognoscim⁹ qm in eo ma-
nem⁹ et ipe i nobis: qm de spũ suo
dedit nobis. Et nos vidim⁹ ⁊ testi-
ficamur: qm pr̃ misit filiũ suũ sal-
uatorẽ mũdi. Quisqs ɔfessus fue-
rit qm iesus ẽ fili⁹ dei: de⁹ i eo ma-
net/ ⁊ ipe in deo. Et nos cognoui-
mus et credim⁹ charitati: quã hz
de⁹ in nobis. De⁹ charitas est. Et** D.
**q manet i charitate i deo manet:
⁊ de⁹ i eo. In hoc pfecta est chari-
tas dei nobiscũ. vt fiduciã habea-
mus in die iudicij: qr sicut ille ẽ et
nos sum⁹ i hoc mũdo. Timor nõ
est i charitate: sz pfecta charitas
foras mittit timorẽ: qm timor pe-
nã hz. Qui autẽ timet: nõ est pfe-
ctus i charitate. Nos ergo diliga-
mus deũ qm ipe prior dilexit nos
Si qs dixerit qm diligo deũ ⁊ fra-
trẽ suũ oderit mẽdax est. Qui em
non diligit fratrẽ suũ quẽ videt:
deũ quẽ nõ videt/ quomõ põt di-
ligere? Et hoc mãdatũ habem⁹ a
deo/ vt q diligit deũ: diligat ⁊ fra-
trẽ suũ.** Gr. **Ego dixi dñe miserere** ps. xl.
mei: sana aĩam meã qr peccaui tibi. V. Eodẽ.
**Btũs q itelligit sup egenũ ⁊ pauperẽ: i
die mala liberabit eũ dñs.** Alla. V.
**Uerba mea aurib⁹ pcipe dñe: intellige
clamorẽ meũ.** Nulla dr seqn. qñ de
do. agit vsq ad aduẽ. do. S. lucã.

In illo tpe c. xvj. C.
**Dixit ies⁹
discipulis suis pa-
rabolã hãc. Hõ-
dã erat diues/
et induebat pur-
pura et bysso: et
epulabat quoti-
die splẽdide. Et**

erat qdā mēdicus noīe lazarus q iacebat ad ianuā eiꝰ vlcerībꝰ plenus/ cupiens saturari de micis q̄ cadebāt de mēsa diuitis/ ꝛ nemo illi dabat. Sed ꝛ canes veniebāt:
F. et lingebāt vlcera eius. Factū est autē vt morereṫ mēdicꝰ ꝛ portareṫ ab āgelis ī sinū abrahe. Mortuus est aūt ꝛ diues: ꝛ sepultꝰ est in īferno. Eleuās aūt oclōs suos cū esset in tormētꝭ vidit abrahā a lōge/ ꝛ lazaꝝ ī sinu eiꝰ. Et ip̄e clamās: dixit. Paṫ abrahā miserere mei/ ꝛ mitte lazaꝝ vt intigat extremū digiti sui in aquā: vt refrigeret linguā meā/ q꞉ crucior i hac flāma. Et dixit illi abrahā. Fili/ recordare q꞉ recepisti bona i vita
G. tua: ꝛ lazarꝰ sīlr mala. Nūc autē hic cōsolaṫ: tu vo cruciaris. Et in his oībꝰ iter nos ꝛ vos chaos magnū firmatū est: vt hi q volūt hic transire ad vos nō possint/ neq꞉ īde huc trāsmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas eū in domū patris mei. Habeo eīn quinq꞉ fratres/ vt testeṫ illis: ne ꝛ ip̄i veniāt in hūc locū tormētoꝝ. Et ait illi abrahā. Habēt moysē ꝛ ꝓphetas: audiāt illos. At ille dixit Nō pater abrahā/ s꞉ si q̄s ex mortuis ierit ad eos: penitētiā agent. Ait autē illi. Si moysē ꝛ ꝓphetas nō audiunt: neq꞉ si quis ex mortuis
ps. v. resurrexerit credent. Offr. Intende voci orationis mee: rex meus ꝛ deus meus qm̄ ad te orabo dn̄e. Secreta.

Deus qui nos ad ymaginē tuā conditos ꝛ sacramentis renouas ꝛ preceptis: supplicū preces ꝛ munera benignus accepta: vt qđ fiducia nō habēt meritorū: placatiōes obtineāt hostiarū. Per do. Cōio. Narrabo oīa mirabilia tua: letabor et exultabo in te psallam nomini tuo altissime. Postcōio. Psal. xcviij.

Tantis dn̄e repleti muneribus: presta q̄s: vt ꝛ salutaria dona capiamꝰ/ ꝛ a tua nunq̄ laude cessemus. Per do. ¶ Feria iiij. Lectio epistole bti petri apli.

Charissimi. Notam fecimꝰ vobis dn̄i nr̄i iesu xp̄i virtutē et prescientiā: sed speculatores facti ipsiꝰ magnitudinis. Accipiens eīn a deo patre honorē et gloriā: voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica glīa. Hic est filius meꝰ dilectus: in quo michi complacui/ ipsum audite. Et hanc vocē nos audiuimus de celo allatam: cū essemus cū ipso in monte sancto. Et habemus firmiorē ꝓpheticū sermonē cui benefacitis attēdētes: quasi lucerne lucēti in caliginoso loco. Donec dies elucescat/ ꝛ lucifer oriaṫ: in cordibus vr̄is. Scdm̄ metheū. Pe. j. D.

In illo tp̄e Dixit Jesus discipulis suis. Nolite putare: q꞉ veni soluere legē aut prophetas. Nō veni soluere s꞉ adiplere. Amē qp̄pe dico vobis: donec trāseat celū et tra/ iota vnū aut vnꝰ apex nō preteribit a lege donec oīa fiant. Qui ergo soluerit vnū de mādatꝭ istis minimis ꝛ docuerit sic hoīes minimꝰ vocabiṫ in regno celorū. Qui autē fecerit et docuerit: hic magnus vocabiṫ in regno celoꝝ. Mat. v. C.
¶ Dñica. ij. post trinitatē. Offiū.

p.xvij Factus est dominꝰ ꝓte ctoꝛ meus ⁊ eduxit me in latitudinē: saluum me fecit quoniā voluit
Codē. me. ps. Diligam te domine foꝛtitudo mea: dominus firmamentū meū ⁊ refugium meū ⁊ liberatoꝛ meus. Oꝛatio.

Sancti nomis tui dñe timorē pariter et amoꝛē fac nos habere ꝑpetuū: qꝛ nunq̄ tua gubernatiōe destituis: quos i soliditate tue dilectiōis instituis. ꝑ do.

Lectio epistole btī iohānis aplī.

j.c.iij. Charissimi. Nolite mirari /
C. si odit vos mūdꝰ. Nos scimus qm̄ translati sumꝰ de moꝛte ad vitā: qm̄ diligimus frēs. Qui nō diligit: manet in moꝛte. Disq̄ odit fratrē suū: homicida est. Et scitis qm̄ ois homicida: nō hꝫ vitā eternā in se manētē. In hoc cognoscimꝰ charitatē dei: qm̄ ille ꝑ nobis aiaꝫ suā posuit: ⁊ nos debe
D. mus ꝑ frībꝰ aias ponere. Qui habuerit substātiā huiꝰ mūdi / ⁊ viderit fratrē suū necessitatē patiētem: ⁊ clauserit viscera sua ab eo: quō charitas dei manet in eo. Filioli mei: nō diligamꝰ vbo: neq̄ li
p.cxix gua: sꝫ ope et vitate. Gꝛ. Ad dñm cū tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me.
Codē. V. Dñe libera aiam meā a labijs iniq̄s
ps.vij et a ligua dolosa. Alla. V. Deꝰ iudex iustus / foꝛtis ⁊ patiēs: nunq̄d irascit ꝑ singulos dies. Euāge. Scdm lucā.

c.xiiij In illo tꝑe
D. Dixit iesꝰ disci. suis pabolā hanc. Hō qdā fecit cenam magnā: et vocauit mltos. Et misit seruū suū hoꝛa cene dicere inuitatis vt venirent: qꝛ iā parata sunt oīa. Et ceperūt simul oēs excusare. Primꝰ dixit illi. Uillā emi: ⁊ necesse habeo exire: ⁊ videre illā. Rogo te: habe me excusatū. Et alt dixit. Juga boū emi qnq̄: ⁊ eo ꝓbare illa. Rogo te habe me excusatū. Et aliꝰ dixit. Uxoꝛē duxi: ⁊ ideo nō possū venire. Et reuersus seruus: nūciauit hec dño suo. Tūc iratꝰ paterfamilias: dixit seruo suo Exi cito i plateas ⁊ vicos ciuitatis: ⁊ paupes / ac debiles / cecos et claudos itroduc huc. Et ait seruus. Dñe / factū est vt impasti: et adhuc locus est. Et ait dñs seruo. Exi in vias f.
et sepes: ⁊ cōpelle itrare: vt ipleatur domus mea. Dico aūt vobis: q nemo viroꝛū illoꝛū qui vocati sunt: gustabit cenā meā. Offert.
Dñe cōuertere ⁊ eripe animā meā: saluum me fac ꝑpter miam tuā. ps.vi. Secreta

Oblatio nos dñe tuo noi dicāda purificet: ⁊ de die i die ad celestꝪ vite trāsferat actionē. ꝑ.
Cō. Cātabo dño q̄ bona tribuit michi: ps.xij ⁊ psallā nomi dñi altissimi. Postcōio.

Sumptis dñe muneribꝰ sacris q̄s: vt cū frequētatione mysterij crescat nr̄e salutis effectus. Per. ¶ Fer.iiij. Ad ephe.

Fratres. Hoc dico ⁊ testifi- c.iiij.
coꝛ in dño: vt iaꝫ nō ambu D.
letis sicut ⁊ gētes ābulāt in vanitate sensus sui / tenebꝛis obscuratum habētes itellectū / alienati a via dei ꝑ ignoꝛātiā q̄ est in illis / ꝑpter cecitatē coꝛdis ipsoꝛ. Qui desperātes semetipsos tradiderūt impudicitie: i opationē imūdicie ois i auariciā. Uos aūt nō ita didicistis xp̄ꝫ si tn̄ illū audistis: ⁊ in

ipso edocti estis sicut est veritas in iesu. Deponite vos scdm pristinā cōuersationē veterē hoiem q̄ corrūpit̄ scdm desideria erroris. Renouamini autē spū mētis vrē: et induite nouū hoiem/ q̄ scdm deū creat⁹ ē i iusticia ꝛ scitate veritat̄. In xpo iesu dño nr̄o. Sc̄m matheū.

c.xxi. C.

IN illo tpe Cōuenis-set iesus i tēplū: accesserūt ad eū principes sacerdotū ꝛ seniores populi: dicētes. In qua potestate hec facis ꝛ qs dedit tibi hanc potestatē? Rñdēs iesus: dixit eis. Interrogabo vos ꝛ ego vnū sermonē: quē si dixeritis michi: ꝛ ego vobis dicā in qua potestate hec facio. Baptism⁹ iohānis vn̄ erat: de celo/ an ex hoib⁹? At illi cogitabāt intra se: dicētes. Si dixerim⁹ de celo: dicet nobis. Quare ergo nō credidist̄ illi? Si autē dixerim⁹ ex hoib⁹: timemus turbā. Oēs em̄ habebāt iohānē: sicut ꝓphetā. Et rñdētes iesu dixerūt. Nescimus. Ait illis ꝛ ipse. Neqꝫ ego dico vob̄: in qua ꝑtāte hec facio. ¶ Dñica. iij. p⁹ triñ. Of.

Psal. xxiiij. REspice i me ꝛ miserere mei dñe qm̄ vnicus et pauꝑ sū ego vide hūilitatē meā ꝛ laborē meū et dimitte oīa pctā mea de⁹ me⁹.

Eodē. Ps. Ad te dñe leuaui aiaꝫ meā: de⁹ me⁹ in te confido non erubescam. Oratio.

DEprecationē nostram q̄sumus dñe benignus exaudi: ꝛ quib⁹ supplicādi prestas affectū: tribue defensionis auxiliū.

Per d. Lectio epl̄e btī petri apl̄i.

CHarissimi. Hūiliamini sub potēti manu dei: vt vos exaltet in tpe visitatiōis. Oēm sollicitudinē vestrā ꝓiciētes i eū: qm̄ ipsi cura est de vob̄. Sobrij estote et vigilate: q2 aduersarius vester dyabol⁹/ tāq̄ leo rugiēs circuit: querēs quē deuoret. Cui resistite fortes in fide: sciētes eādē passionē ei q̄ in mūdo est/ vrē fraternitati fieri. De⁹ aūt ois grē q̄ vocauit vos i eternā suā gl̄iaꝫ: in xpo iesu modicū passos: ipe ꝑficiet/ cōfirmabit/ solidabitqꝫ. Ipi gl̄ia ꝛ imperiū: in scl̄a sclorū. j.c.v. C.

Gr. Iacta cogitatū tuū in dño: et ipse te enutriet. p.liiij.

V. Dū clamarē ad dñm exaudiuit vocem meā: ab his q̄ appropinquāt michi. Ibidē

Alleluya. V. Diligam te dñe virtus mea: dñs firmamentū meū ꝛ refugium meū et liberator meus. Psal. xvij. Scdm lucā.

IN illo tpe. Erāt appropinquātes ad iesum publicani et pctōres: vt audirēt illū. ca.xv. A. Et murmurabāt scribe et pharisei/ dicētes: q2 hic pctōres recipit ꝛ mānducat cū illis. Et ait ad illos parabolā istā: dicēs. Quis ex vobis hō q̄ habet cētū oues: ꝛ si ꝑdiderit vnā ex illis: nōne dimittit nonaginta nouē in deserto/ ꝛ vadit ad illā q̄ ꝑierat/ donec inueniat illā? Et cū inuenerit eā iponit i hūeros suos gaudēs. Et veniēs domū: cōuocat amicos ꝛ vicinos: dicēs illis. Cōgratulamini michi: q2 iueni ouē meā q̄ perierat. Dico vobis: q2 ita gaudiū erit in celo sup vno pctōre penitētiā agēte: q̄ sup̄ nonaginta nouē iustis: q̄ nō idigēt penitētia. Aut que mulier habēs dragmas decem: ꝛ si ꝑdiderit dragmā

vnā: nōne accēdit lucernā: ⁊ euer
tit domū: et q̄rit diligenter donec
inueniat eā? Et cū inuenerit: cō-
uocat amicas ⁊ vicinas dicēs. Cō
gratulamini mihi: q2 iueni drag
mā quā pdiderā. Ita dico vobis:
gaudiū erit corā angelis dei sup
vno pctōre penitētiā agēte. Offr.
ps. ix. Sperent in te oēs qui nouerūt nomen
tuū dñe: qm̄ non derelinqs q̄rentes te:
psallite dño q̄ habitat in syō: qm̄ nō est
oblitus orationē pauperū. Secreta.
Munera tibi dñe quesumus
oblata sāctifica: vt tui no
bis vnigeniti corpus et sanguis
ps. xvi. fiāt ad medelā. q̄ tecū. Cōio. Ego
clamaui qm̄ exaudisti me deus: inclina
aurem tuā ⁊ exaudi vba mea. Postcō.
Sacris dñe mūeribꝰ perce-
Hic sumat sanguinem: quo sumpto inclinet se sacerdos / et dicat hanc orationem.

Gratias tibi ago domine scte pater omipotēs eterne deus: qui me refecisti de sacratissimo corpore et sanguie filij tui domini nostri iesu christi et precor vt hoc sacramētum salutis nr̄e qđ sumpsi idignus pctōr nō vēiat mihi ad iudi

ciũ: neqʒ ad condẽ
nationẽ pro meri-
tis meis: ſʒ ad pfe
ctũ corporis mei ⁊
anime saluti in vi
tã eternã. Amen.

Qua dicta: eat ſacerd. ad dextrũ
cornu altaris cũ calice inter ma-
nus digitis adhuc coniunctis ſi-
cut prius ⁊ accedat subdya. ⁊ effun
dat in calicẽ vinũ ⁊ aquã: ⁊ resin
ceret ſacerdos manus ſuas ne ali-
que relique corporis vel ſaguinis
remaneãt in digitis vel in calice
Cum vero aliqs ſacerdos debet
bis celebrare i vno die: tũc ad pri
mã missã nõ debet pcipere ablu-
tionẽ vllã ſed ponere in ſacrario
vel i vase mũdo vſqʒ i finẽ alteri⁹
misse: ⁊ tũc ſumat vtraqʒ ablutio
Post primã ablutionẽ dr̃ hec or.

Quod ore ſum-
psim⁹ dñe puramẽ
te capiamus: et de
munere tẽporali fi
at nobis remediuʒ
ſempiternum.

Hic lauet digitos in concauitate
calicis cũ vino ĩfuso a subdyaco-
no: quo hausto ſequatur oratio.

Hec nos cõio dñe
purget a crimine:
⁊ celestis remedij
faciat esse ɔsortes

Post perceptionem ablutionum
ponat ſacerdos calicem ſup pate
nam: vt ſi quid remaneat ſtillet:
et postea iclinãdo ſe dicat. **Ado
remus crucis ſignaculũ: per qđ
ſalutis ſumpſimus ſacramentũ**
Deide lauet man⁹. dyacon⁹ inte
rim corporalia ɔplicet. Ablutiſ ma-
nib⁹ ⁊ redeunte ſacerdote ad dex
trũ cornu altaris: dya. calicẽ por-
rigat ori ſacerdotis ſi qđ ĩfuſiõis
ĩ eo remãſerit reſumẽdũ. Postea
vero dicat cũ ſuis miniſtris cõio
nem. Deide facto ſigno crucis in
facie vtat ſe ſacerdos ad ppſʒ ele
uatiſqʒ aliquantulum brachijs ⁊
iunctis manibus dicat. **Dñs vo.** et
iterũ reuertẽs ſe ad altare dicat.
Orem⁹. Deide dicat postcõionẽ
iuxta nũerũ et ordinẽ añ dictarũ
orõnũ añ epłam. Finita vltima
postcõione factoqʒ ſigno crucis in
frõte: iter vtat ſe ſacer. ad pplm
et dicat **Dñs vo.** Deide dyacon⁹
Bñdicam⁹ dño. Alio vero tpe dr̃
Ite missa est. Quotiẽſcuqʒ enim
dicit. **Ite missa est.** ſemp dicitur
ad populũ conuertendo. Et cum
dici debeat. **Benedicamus dño.**
vel **Requieſcãt in pace.** cõuerten
do ad altare dicitur. His dictis ſa
cerdos inclinato corpore: iũctiſqʒ
manibus tacita voce corã altari
in medio dicat hanc orationem.

Preces in prostratione.

Placeat tibi sancta trinitas obsequiū seruitutis mee ⁊ p̄sta vt hoc sacrificiū qd oculis tue maiestatis idign⁹ obtuli: tibi sit acceptabile/ michiq; ⁊ oib⁹ illis p quib⁹ illd obtuli/ sit te miserāte p-piciabile. Qui viu. Qua finita: erigat se sacerdos signās se in facie sua dicēs. In noīe patris. ⁊c. Et sic iclinatiōe facta eo ordie quo pri⁹ accesserāt ad altare i pricipio misse sic iduticū cerofer. ⁊ ceteris ministris redeāt. Et stati post Deo grās. icipiat i choro hora. ix. q̄ post missā dr̄. Sacerdos vero i redeūdo dicat euāge. In principio Cū vo sacerdos exuerit casula ⁊ alia idumēta sacerdotalia dicat pos subscriptos cū añ. Triū puerorū. ps. Bñdicite sacerdotes. vsq; ad finē cātici. ps. Laudate dñm i sanctis. cū ps. Nūc dimittis. cū Glīa patri Sicut erat Deide dr̄ tota añ. Triū pueroꝝ cātem⁹ hymnū: quē cātabāt i camino ignis bñdicētes dñm Kyriel. Xpe el. Kyriel. Pat nr̄. Et ne nos. Sed libera. Bñdicam⁹ patrē ⁊ filiū cū sctō spū Laudem⁹ ⁊ supexaltem⁹ eū i scl'a. Bñdict⁹ es dñe i firmamēto celi. ⁊ laudabilis ⁊ glīos⁹ i scl'a. Bñdicat ⁊ custodiat nos trinitas sctā. amē

Nō itres i iudiciū cū seruo tuo dñe q2 nō iustificabit i cōspectu tuo ois viuēs

Dñe de⁹ virtutū cōuerte nos. Et ostēde faciē tuā ⁊ salui erim⁹. Dñe exaud. Et clāor. Dñs vobiscū Et cū spū tuo. Oro.

Deus q tribus pueris mitigasti flāmas igniū: cōcede pпици⁹: vt nos famulos tuos nō exurat flāma vicioꝝ. Per xpm. Oro

Ure igne sctī spūs renes nros ⁊ cor nr̄m dñe: vt tibi casto corpore seruiam⁹ ⁊ mundo corde placeam⁹. Oro.

Actiōes nr̄as q̄s dñe aspirādo p̄ueni ⁊ adiuuando psequere vt cūcta nr̄a opatio ⁊ a te semp icipiat ⁊ per te cepta finiat. Et finiāt he tres orōnes sic. Per xpm dñm nr̄m. Amē. Et sciēdū est q̄ i oi missa q̄n dr̄ ter. Dñe: fiat p̄stratio a toto choro stati post. Sctūs. vsq; Pax dñi. per totū ānū nisi a pascha vsq; Ve⁹ cim. Notādū est q̄ a Dñe ne i ira. vsq; ad cenā dñi et a De⁹ oīum. vsq; ad vigiliā natiuitatis dñi dñi iste preces sequētes ad missā tm̄ i ferijs ⁊ fest. iij. lc. sine regimine chori ⁊ i oct. ⁊ ista qñ chorus nō regit. Et dr̄ post Per oia scl'a scloꝝ et pr̄ nr̄. ante Per oia scl'a scloꝝ et Pax dñi. sacerdote sic dicēte. Per oia secula seculoꝝ. Et choro respondēte. Amē. Statim incipiat chorus preces in prostratione hoc modo. ps.

Deus venerūt gētes i hereditatē tuā: polluerūt tēplū sctm tuū/ posuerūt hierusalē in pomorum custodiā. Posuerunt morticina seruoꝝ tuoꝝ escas volatilib⁹ celi carnes sanctorū tuorū bestijs terre. Effuderūt sāguinē eoꝝ tāq̄ aquā i circuitu hierl'm: ⁊ non erat qui sepeliret. Facti sumus opprobriū vicinis nostris: subsannatio et illusio his q̄ in circuitu nr̄o sunt. Usquequo dñe irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus. Effunde iram tuam in gentes que te non nouerunt: et in regna q̄ nomen tuū non inuocauerunt. Quia comederunt iacob: et locū eius desolauerunt. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum:

cito anticipent nos misericordie
tue quia pauperes facti sum⁹ ni-
mis. Adiuua nos deus saluta-
ris noster & propter gloriã nomi
nis tui dñe libera nos/& propici⁹
esto peccatis nostris propter no-
men tuum. Ne forte dicãt in gẽ
tibus vbi est deus eorũ: & innote
scat in nationib⁹ corã oculis no-
stris. Ultio sanguinis seruorũ
tuorũ qui effusus est: introeat in
conspectu tuo gemitus cõpedito
rum. Secundũ magnitudinem
brachij tui posside filios mortifi-
catorũ. Et redde vicinis nostris
septuplũ in sinu eorũ: impropери
um ipsorũ quod exprobrauerunt
tibi dñe. Nos autẽ popul⁹ tuus
et oues pascue tue: confitebimur
tibi in seculum. In generatiõe
et generationẽ: annunciabimus
laudẽ tuã. Gloria patri.

Deus misereatur nostri et
benedicat nobis: illuminet vul-
tum suum sup nos & misereatur
nostri. Ut cognoscamus in ter-
ram viam tuam in oĩbus genti-
bus salutare tuum. Confiteãn
tur tibi populi deus: cõfiteantur
tibi populi omnes. Letẽtur & ex
ultent gẽtes quoniã iudicas po-
pulos in equitate & gẽtes in ter-
ra dirigis. Cõfiteant̃ tibi popu
li deus: confiteantur tibi populi
omnes terra dedit fructũ suum.
Bñdicat nos de⁹ deus noster/be
nedicat nos deus & metuant eũ
omnes fines terre. Gloria patri

Domine in virtute tua le-
tabitur rex: & super saluta
re tuũ exultabit vehemẽter. De
siderium cordis eius tribuisti ei: et
volũtate labiorũ eius non frau-
dasti eum. Quoniã preuenisti eũ
in benedictionib⁹ dulcedinis po
suisti in capite eius coronã de la-
pide precioso. Uitã petijt a te & tri
buisti ei: longitudinẽ dierũ in se-
culũ/et in seculũ seculi. Magna
est gloria ei⁹ in salutari tuo: glo-
riam et magnũ decorẽ impones
sup eum. Quoniã dabis eum in
benedictionẽ in seculũ seculi: leti
ficabis eum in gaudio cũ vultu
tuo. Quoniã rex sperat in dño:
et in mĩa altissimi non commoue
bitur. Inueniat̃ manus tua oĩ
bus inimicis tuis: dextera tua in-
ueniat oẽs qui te oderunt. Po-
nes eos vt clibanũ ignis in tẽpo
re vult⁹ tui dñs i ira sua cõturba
bit eos/et deuorabit eos ignis.
Fructũ eorũ de terra pdes: et se
men eorũ a filijs hoim. Quoniã
declinauerũt in te mala: cogita-
uerũt cõsilia que non potuerunt
stabilire. Quoniam pones eos
dorsum: in reliquis tuis prepara-
bis vultũ eorũ. Exaltare dñe in
virtute tua: cantabim⁹ et psalle-
mus virtutes tuas. Gloria pri.

Añ. Tua ẽ potẽtia tuũ regnũ dñe/tu es
sup oẽs gẽtes: da pacẽ dñe in dieb⁹ no-
stris. Kyrie eleyson. Xpe eleyson. Kyrie-
eleyson. Pat noster. Et hec oĩa sine
nota dicunt̃ tam a clericis i cho-
ro/q̃ a sacerdote/cum suis mini-
stris. Deide dicat sacerdos cum
nota. Et ne nos. Sz libera. Ex-
urgat deus & dissipentur inimici eius. Et
fugiant qui oderũt eũ a facie ei⁹. Non
nobis dñe non nobis. Sed noi tuo da
gliam. Orem⁹ p afflictis & captiuis
Libera de⁹ israel ex oĩb⁹ tribulatioĩb⁹
eoꝝ. Mitte eis dñe auxiliũ de scto.
Et de syō tuere eos. Esto nobis do-

mine turris fortitudinis. A facie inimici. Domine saluum fac regem. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cũ spiritu tuo. Oremus.

Deus qui admirabili prouidentia cuncta disponis te suppliciter exoramus vt terrã quam vnigenitus filius tuus proprio sanguine cõsecrauit de manibus inimicorum crucis christi eripiens restituas cultui christiano vota fideliũ ad eius liberationẽ instantium misericorditer dirigendo in viam pacis eterne. Per xpm dñm nostrũ. Amẽ. Oratio

Rege quesumus dñe famulum tuum pontificem nostrum et intercedẽte beata dei genitrice semperque virgine maria: cum omnibus sanctis tuis gratie tue dona in eo multiplica: vt ab omnibus liberetur offensis: et tẽporalibus nõ destituatur auxiliis et sempiternis gaudiis instituatur. Oratio

Da quesumus omnipotens deus famulo tuo regi nostro salutẽ mentis et corporis. vt bonis operibus inherẽdo: tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per eundem xpm dñm nrm. Amẽ. Sequatur

Pax domini sit semper vobiscũ.

¶ In fine misse dicitur vnus istorum cantuũ pro dispositione cantoris.

Benedica mus domino.



Benedica mus domino.



Benedi ca mus domino



Bene dica mus domino.



Be nedica mus domino



Benedica mus do



mi no.

Benedica mus



do mino.



Benedica mus do mi no.



Benedicamus do mino.



Benedicamus do mino.

In fes. iii. fr. dñ. vnus istorum cãtuũ quãdocunque dicitur in fine misse.



Ite missa est.

Ite missa est.

Ite mis sa est.

Ite mis sa est.

¶ In vig. pasc. et pẽthecos. dicitur hic cãt⁹. Ite missa est

¶ Notãdũ ẽ: q̃ qñcũq; cãt⁹ istorũ sequẽtiũ dicit sup idẽ etiam cãtus sequatur super Ite missa est pro dispositiõe dyaconi

Ite Deus creator mis sa est.

Ite kyrie Rex genitor. missa est

Ite kyrie Fons bonitatis. mis sa est.

Ite kyrie Omnipotẽs missa est

Ite kyrie Rex splendens.

missa est

Ite Lux et origo. missa est.

Ite Cunctipotens. missa est.

Ite Conditor kyrie mis sa est

Ite Orbis factor. missa est.

¶ In oib⁹ ferijs per annũ & in vigilijs quattuor tẽporũ/ exceptis vigilijs pasche et pẽthe. & in ebd. pẽthecostes dicat/ et i missa Salus populi. de cruce/ & in oibus festis triũ lectionũ sine Te deum laudamus. in quibus dicitur nocturnus. dicatur hic cantus.

Benedicamus domino.

In oibus mis. p defunctis dr hic cãtus Requiescãt i pace. Amẽ.

¶ Incipit propriū festiuitatū sanctorum/et sanctarum ad consuetudinem ecclesie Sar.

¶ Et primo in vigilia sancti Andree apostoli. Ad missam. Officium.

Mat. iiij. C Dominus secus mare galilee: vidit duos fratres: petrū/ ⁊ andreā: et vocauit eos: venite post me: faciā vos fieri piscatores hominū. Ps.
Psal. xviij. Celi enarrant gloriā dei: ⁊ opa manuū eius annunciat firmamentū. Oratio.

Quesumus ops de⁹: vt beatus andreas apls: tuū pro nobis imploret auxiliū: vt a nostris reatibus absoluti: a cunctis etiā piculis eruamur. Per. Memoria fiat de mart. saturnino/ atq; sisinnio/ si ante aduētū hec vigil. cōtigerit: si infra nequaq̄. Oro.

Deus qui nos btōr martyrū tuorū saturnini atq; sisin-

Sar.

nij ⁊ edis natalicijs perfrui: eorū nos tribue meritis adiuuari. p dn̄. Epla. Benedictio dn̄i. vt i cōi. fo. j.

Grad. Nimis honorati sunt amici tui de⁹: nimis cōfortatus est pricipat⁹ eorū. V. Dinumerabo eos: ⁊ sup arenā multiplicabunt. Si hec vigil. in dñica euen. hȝ sequēs Alla. V. In omnē terrā exiuit sonus eorū: ⁊ in fines orbis terre verba eorū. Et dicat missa i capitulo. Et hoc in omib⁹ missis ppriis de vigil. que in dominica contingunt/ obseruet: nisi in vigilia natiuitatis dn̄i tātum.

(Margin: ps. xxx. viij. — Ibidē — Psal. xviij.)

Euāgeliū. Secūdum Johannē.

In illo tpe. Stabat iohannes: ⁊ ex discipulis ei⁹ duo. Joh. i. E. Et respiciens iesum ambulantē: dixit. Ecce agnus dei. Et audierūt eū duo discipuli loquētē: ⁊ secuti sunt iesum. Conuersus autē iesus: ⁊ vidēs eos sequētes se: dixit eis Quid q̄ritis. Qui dixerūt ei. Rabbi: qđ dicit interpretatum magister. Ubi habitas. Dixit eis Uenite ⁊ videte. Uenerūt ⁊ viderūt vbi maneret: ⁊ apud illū mā serūt die illo. Hora enī erat quasi decima. Erat autē andreas frater symonis petri/ vnus ex duobus/ qui audierāt a iohāne: ⁊ secu-

ei fuerant eũ. Inuenit hic primũ
fratrem suum symonẽ: ⁊ dixit ei.
Inuenim⁹ messiã: qđ est interpre
tatũ xp̄s. Et adduxit eũ ad iesuz
Intuit⁹ autẽ eũ iesus: dixit. Tu
es symon fili⁹ iohãna: tu vocabe
ris cephas / qđ interpretat̃ petr⁹.
In crastinũ autẽ voluit exire in
galileã: ⁊ inuenit philippũ. Et di
xit ei iesus. Seq̄re me. Erat autẽ
philipp⁹ a bethsaida ciuitate an-
dree / ⁊ petri. Inuenit philippus
nathanael: et dixit ei. Quẽ scri-
psit moyses i lege ⁊ ꝓphete: inue-
nim⁹ iesũ filiũ ioseph a nazareth
Et dixit ei nathanael. A naza-
reth potest aliqđ boni esse. Dixit
ei philippus. Ueni et vide. Uidit
iesus nathanael venientẽ ad se: ⁊
dixit de eo. Ecce vere israelita: in
quo dolus nõ est. Dixit ei natha-
nael. Unde me nosti? Rñdit iesus
et dixit ei. Priusq̄ te philipp⁹ vo-
caret cũ esses sub ficu: vidi te. Re-
spondit ei nathanael: ⁊ ait. Rab-
bi / tu es fili⁹ dei: tu es rex israel.
Rñdit ies⁹: ⁊ dixit ei. Qr dixi tibi
vidi te sub ficu / credis: mai⁹ his
videbis. Et dixit eis. Amẽ amen
dico vobis: videbitis celũ aptũ et
angelos dei ascẽdẽtes / ⁊ descẽdẽ
ps. viij. tes: supra filiũ hois. Offer. Glia ⁊
honore coronasti eũ: ⁊ cõstituisti eũ sup
opera manuum tuarũ dñe. Secreta.

Sacrãdum tibi dñe munus
offerimus: quo bti andree
apli tui solẽnia / ieiunijs et deuo-
tis officijs recolẽtes: purificatio-
nẽ quoq3 nostris mẽtibus implo-
ramus. Per d. in vni. Alia secret.

Oblatũ tibi dñe munus / ꝑ
btõr martyr tuorũ satur-
nini atq3 sisinnij / passiõe ꝓpicius
assume: qđ eorum intercessiõe maie-
stati tue fiat acceptũ. Prefa. quo
tidiana. Cõio. Dixit andreas symo- Johã.
ni fratri suo: inuenim⁹ messiã / q̄ dicitur j. f.
xp̄s: ⁊ adduxit eũ ad iesum. Postcõio.

Perceptis salutarib⁹ sacra
mẽtis hũiliter te dñe depre
camur: vt intercedẽte btõ andrea
aplo tuo / q̄ ꝑ illius venerãda egi
mus solennitate: nobis ꝓficiant
ad salutẽ. Per do. Alia postcõio.

Ut hec cõmunio nos domine
tua visitatiõe dignos effi
ciat / beati saturnini marty⁊ tui
sociorũq3 eius: pia q̄s intercessio /
semp imploret. Per d. In vnita.

¶ In die sancti Andree. Offm.

Michi aũt nimis hono- ps. cxx
rati sunt amici tui de⁹ viii.
nimis cõfortat⁹ est prin
cipatus eorum. ps. Domine Ibidẽ
probasti me et cognouisti me: tu cogno
uisti sessionẽ meã / ⁊ resurrectionẽ meã.
Gloria pri. Si extra aduẽtum cõ-
tigerit: dicitur Gloria in excelsis.
Si vo infra nõ dr: sed post or. scz
Maiestatẽ. fiat mẽoria de aduẽ-
tu: ⁊ de sctã maria. Et hoc in oĩ-
bus festis sctõrum / que infra aduẽ-
tũ contigerint / obseruetur. Oro.

Maiestatẽ tuã dñe supplicit
exoram⁹ vt sicut ecclie tue
btũs andreas apls extitit p̄dica-
tor ⁊ rector: ita apđ te sit ꝓ nobis
perpetu⁹ intercessor. p. Ad romanos.

Fratres. Corde credit̃ ad x. c.
iustitiã: ore autẽ confessio
fit ad salutẽ. Dicit eñ scriptura.
Oĩs q̄ credit in illũ: nõ cõfundet̃.
Nõ eñ est distinctio iudei et gre-
ci. Nã idẽ dñs oĩm: diues in oẽs /
qui inuocãt illũ. Oĩs eñ quicũq3
inuocauerit nomẽ dñi: salu⁹ erit.

Quomō ergo inuocabūt: in quē nō crediderunt? Aut quō credent ei: quē nō audierunt? Quomodo autē audient sine p̄dicāte? Quomodo vero predicabunt nisi mittantur? Sicut scriptū est: q̄ speciosi pedes euāgelizātiū pacē / euāgelizantiū bona. Sed non oēs obediunt euāgelio. Esaias enī dicit. Dn̄e: quis credidit auditui nr̄o? Ergo fides ex auditu: audit⁹ autē p verbū xp̄i. Sed dico. Nunqd nō audierūt? Et qdē i oēm terrā exiuit sonus eor: ⁊ in fines orbis
psal. xliiij. terre v̄ba eor. Gr. Cōstitues eos principes sup oēm terrā: memores erūt nominis tui dn̄e. V̄. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij: propterea populi cōfitebunt tibi.
Ecce vox. Alla. V̄. Dilexit andream dn̄s: in odorē suauitatis. Sequētia.

Sacrosancta hodierne festiuitatis preconia. Digna laude vniuersa cathegorizet ecclesia. Mitissimi sanctorū sanctissima / extollendo merita. Apostoli andree / admirāda presulgentis gr̄a. Hic accepto a iohanne baptista. Qō venisset / q̄ tolleret peccata. Mox eius intrās habitacula: audiebat eloqa. Inuētoq̄ fratre suo bariona. Inuenim⁹ ait ouās messiā. Et duxit eū ad dulcissimā saluatoris p̄sentiā. Hūc pscrutātē maria / xp̄i vocauit clementia. Artē piscādi cōmutans dignitate apostolica. Huius animā post clara festi paschalis tēpora. Sācti spūs preclara: plustrauit potētia. Ad p̄dicādū populis penitētiā. Et dei patris p filiū clemētiā Gratulare ergo tāto pr̄e achaya Illustrata eius salutari doctrina. Honorata multimoda signorū frequentia. Et tu gemēs plora trux carnifex egea. Te lues inferna / et mors tenet eterna. Et andream felicia / p crucē manent gaudia. Iam regē tuū spectas: iam adoras / iam in eius conspectu andrea stas. Odorē suauitatis iam aspiras: quē diuini amoris aromata dat Sis ergo nobis inclyta. Dulcedo spirās intima. Celestis vite balsama. ¶ Sciendum est q̄ in oibus festis .ix. lect. vel .iij. lect. cū regimine chori dicat̃ seqn. ad missā extra .lxx. vsq̄ ad pascha: nisi i fes. p̄mor. ꝛ fes. ⁊ in festo scti michaelis in mōte tūba In oct. vero et infra: siue fuerint cū regi. chori: siue nō: sequētia ad missam nō dicit̃ nisi p oct. et i oct. visitat. assumpt. ⁊ natiui. bt̄e matris: ⁊ in dn̄ica īfra oct. ⁊ in oct. dedicatiōis eccl̄ie: ⁊ in oct. apostolorū petri ⁊ pauli. Scd̄m matheū.

In illo tēpore. Ambulās iesus iuxta mare galilee / vidit duos fratres: symonē qui vocatur petrus / ⁊ andreā fratrē ei⁹ mittētes rete i mare. Erāt enī piscatores. Et ait illis. Venite post me: ⁊ faciam vos fieri piscatores hominū. At illi continuo relictis retibus: secuti sunt eum. Et procedens inde vidit alios duos fratres iacobū zebedei / ⁊ iohānē fratre eius in naui cū zebedeo patre eorū reficiētes retia sua: et vocauit eos. Illi autē statim relictis retibus ⁊ patre / secuti sunt eum. c. iiij. c.

Credo. Offer. Michi autē nimis honorificati sunt amici tui de⁹: nimis confortatus est principat⁹ eor. Secreta. p̄s. cxxxviij.

Sacrificium nostrū tibi dn̄e quesum⁹ beati andree pre

catio sancta cōcsiliet: vt cuius honore solenniter exhibet: eius meritis efficiatur acceptū. Per dn̄z. Prefatio. Et te dn̄e. Hec prefatio dr̄ in oib⁹ fes. aploꝝ ꝛ euāgelistarū: ꝛ ꝑ octa. aploꝝ petri et pauli/ atq; andree: p̄terq̄ in festo sancti iohānis apostoli in ebdo. natiuitatis dn̄i: in oct. vero eiusdē dicetur/ ꝛ in fes. eiusdē in pascha. tpe.

Mat. iiij. C. Cōio. Uenite post me/ faciā vos fieri piscatores hominū: at illi relictis retibus ꝛ naui secuti sunt dn̄m. Postcōio.

Sumpsim⁹ dn̄e diuina mysteria/ bti andree festiuitate letantes: que sicut tuis sanctis ad gloriā: ita nobis quesum⁹ ad veniā ꝓdesse perficias. Per dn̄m.

¶ Per octa. dicit missa de sancto andrea sicut in prima die: sed sine sequentia/ et Credo. et nisi missa Salus populi. restat cantāda: et nisi in sabbatis quando fit plenū seruitium de sancta maria: ꝛ nisi infra aduētū dn̄i. Infra aduētū vero nichil fiet de eo/ preter mēo. vsq; ad octauū diē: tunc eni de eo totum fiat seruitiū: nisi in sabba. vel in dn̄ica ꝯtigerit: ꝛ tūc dicitur missa de oct. in capi. Qn̄ vo festū sancti andree a dn̄ica differt in secūdā feriā: tūc in sequēti dn̄ica dicatur missa de oct. in capitulo cū vna oōne. Silr̄ quādo festū sancti Nicolai a dn̄ica differt in secūdā feriā: tunc in ipsa secūda feria missa de octa. dicit in capitulo similiter cum vna oratiōe. Eodem modo vna oratio tantum dicitur ad missam q̄ dr̄ in capitulo in oct. sancti Laurētij: atq; ad missam de sancta sabina. ¶ Scti osmūdi epi ꝛ cōfesso. Ad missam. Officiū.

Statuit ei dn̄s testamētū pacis/ ꝛ principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in etnū. Ps Mias dn̄i in eternum cantabo. Oro. Eccl. xlv. D. ps. lxxxviij.

Omnip̄s sempiterne deus: q̄ nos beati osmūdi cōfessoris tui atq; pōtificis: hodierna festiuitate letificas: tuā supplices exoramus clemētiā/ vt cuius solennia deuotis officijs veneramur: eius pijs suffragijs etne vite remedia cōsequamur. Per. Epla. Ecce sacerdos magnus q̄ in diebus suis. In cōi. fo. x. Gr. Iurauit dn̄s et nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternum secundū ordinē melchisedech. V. Dixit dominus dn̄o meo: sede a dextris meis. ps. cix. Ibidē

Alla. V. Iustus germinabit sicut lilium: ꝛ florebit in eternū ante dominū. Osee xiiij.

Sequētia. Adest nobis. vt in cōi. fo. xj. Euāgeliū. Homo qdā peregre. vt in cōi. fo. xij. Offr. Inueni dauid seruū meū/ ꝛ in oleo sancto vnxi eum: manus eni mea auxiliabitur ei: et brachiū meū cōfortabit eū. Secreta. ps. lxxxviij.

Propiciare dn̄e q̄s supplicationibus nostris: ꝛ intercedente ꝓ nobis btō osmūdo ꝯfessore tuo atq; pōtifice: his sacramētis celestibus seruiētes: ab omni culpa liberos esse cōcede: vt purificante nos gratia tua: iisdē quibus famlamur mysterijs emūdemur. Per. Cōio. Dn̄e quinq; talēta tradidisti michi: ecce alia quinq; superlucratus sum: euge serue fidelis: q2 i pauca fuisti fidelis: supra multa te ꝯstituā: intra in gaudium dn̄i tui. Postcōio. Mat. xxv.

Presta q̄s dn̄e deus noster: vt diuinis mysterijs expiati: intercedēte beato osmūdo confessore tuo atq; pōtifice/ ad supni

plenitudinē sacramenti: cuius libauimus sancta tēdam⁹. Per d.

¶ Sancti Nicolai episcopi / et cofessoris. Ad missam. Officium.

Eccli. xlv. G

Statuit ei dñs testamentum pacis / & principem fecit eum: vt sit ei sacerdotij dignitas in eternū. ps. Misericordias dñi in etnū cātabo. Oro.

ps. lxxxviij.

Deus q̄ btm̄ nicolaū pontificē tuū innumeris decorasti miraculis: tribue nobis q̄s: vt ei⁹ meritis et p̄cib⁹: a gehēne icēdijs liberemur. Per do. Epla. Ecce sacerdos magnus qui in dieb⁹ suis.

ps. xx. in cōi. fo. x. Grad. Dñe preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ei⁹: coronā de lapide precioso.

Ibidē V. Vitā petiit: & tribuisti ei lōgitudinē

Esaye dierum in seculū seculi. Alla. V. Iu-

xxxv. stus germinabit sicut lilium: & florebit

A. in eternum ante dominum. Sequētia.

Congaudentes exultemus vocali concordia. Ad bti nicolai: festiua solēnia. Qui in cunis adhuc iacēs seruādo ieiunia. Ad papillas cepit summa promereri gaudia. Adolescēs amplexat litterarū studia. Alien⁹ & imunis ab omni lascivia. Felix cōfessor: cuius fuit dignitatis vox de celo nūcia. Per quā prouectus presulat⁹ sublimat ad summa fastigia. Erat in eius aīo pietas eximia: & oppressis impēdebat multa bñficia. Auro per eū virginū tollit infamia: atq3 p̄ris earūdē leuatur inopia. Quidā naute nauigātes & cōtra fluctuū seuitiam luctātes / naui pene dissoluta Iā de vita desperātes i tāto positi periculo: clamātes voce dicūt oēs vna O btē nicolae nos ad maris portū trahe de mortis angustia. Trahe nos ad portū maris: tu q̄ tot auxiliaris pietatis gr̄a. Dū clamarēt nec icassum: ecce q̄dā dicēs assum ad vestra p̄sidia. Statim aura datur grata: & tēpestas fit sedata / quieuerūt maria. Et ipsius tūba manat: vnctionis copia. Que infirmos oēs sanat: p eius suffragia. Nos q̄ sum⁹ in hoc mūdo: vicior in p̄fundo iam passi naufragia. Gl'iose nicolae: ad salutis portū trahe / vbi pax & gl'ia. Ipā3 nobis vnctionē ipetres a dño prece pia. Qua sanauit lesionē multor peccaminū in maria. Hui⁹ festū celebrātes gaudeāt p secula. Et coronet eos xp̄us: post vite curricula. Euāgeliū. Homo quidā peregre

p̄ficiscēs. in cōi. fo. xij. Offr. Veri- ps. lxxx

tas mea et mia mea cū ipso: & in nomi- viij.

ne meo exaltabit cornu ei⁹. Secreta.

Sanctifica q̄s dñe hec munera: q̄ in veneratione sctī pōtificis tui nicolai offerim⁹: vt per ea vita nr̄a iter aduersa vbiq3 dirigatur & p̄spera. Per d. Cōio.

Beatus seruus quē cū venerit dñs inue- Mat.

nerit vigilantē: amen dico vobis super xxiiij.

oia bona sua constituet eū. Postcōio. D.

Sacrificia q̄ sumpsim⁹ dñe pro solennitate sancti pontificis tui nicolai: sempitna quesumus nos ptectione cōfirment. Per dñm. ¶ In octa. sancti andree apli. Ad missam. Officium.

p. xxx viij. Michi autẽ nimis honorati sunt amici tui de⁹ nimis ꝯfortat⁹ est prin-
Ibidẽ cipatus eoꝝ. ps. Domine probasti me ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã et resurrectionẽ meã. Gloria patri. Sicut erat. Oratio.

Protegat nos q̃sumus dñe sepius beati andree apostoli tui repetita solẽnitas: vt cuius patrocinia pia deuotione recolimus: perpetuã defensionẽ sentiamus. Per dñz. Epistola. Fratres Corde creditur ad iustitiã. vt in
p. xxx viij. die. fo. j. Grad. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est
Ibidẽ principatus eorum. V⁹. Dinumerabo eos: et super arenam multiplicabũtur. Alleluya. V. Dilexit andream dominus: in odorem suauitatis. Sequẽtia sancti euangelij scdm marcũ.

c. j. B. In illo tẽpore. Postq̃ traditus est iohannes: venit iesus in galileam/ ꝑdicans euãgeliũ regni dei: et dicẽs. Qm̃ ipletũ est tẽp⁹: et appropiquabit regnũ dei/ penitemini et credite euãgelio. Et preteriẽs secus mare galilee: vidit symonẽ ꝛ andreã fratrẽ ei⁹/ mittẽtes retia in mare. Erãt enĩ piscatores. Et dixit eis iesus. Uenite post me: et faciã vos fieri piscatores hominũ. Et protinus relictis retibus: secuti sunt eum.

Psal. xviij. Offer. In oẽm terrã exiuit sonus eoꝝ: et in fines orbis t̃re v̾ba eoꝝ. Secre.

Mat. iiij. C. Indulgentiã nobis prebeãt hec munera q̃s dñe largiorẽ: q̃ bti andree apli tui suffragijs offerunt. Per do. Prefa. Et te do. Cõio. Uenite post me/ faciã vos fieri piscatores hominũ: at illi relictis retibus ꝛ naui secuti sunt dñm. Postcõio

Prebeat nobis dñe q̃s btũs andreas apostol⁹ optatuz presidiũ: quo salutare nobis sumptũ ꝑficiat sacramẽtũ. Per dñm.

In cõceptione beate marie virginis. Ad missam. Officium.

Gaudeam⁹ oẽs in dño: diem festũ celebrantes sub honore marie virginis: de cui⁹ ꝯceptiõe gaudẽt angeli/ et collaudãt filiũ dei. ps. Eructauit cor meũ verbũ bonũ dico ego opa mea regi. Gloria pri. Eccle dor. Psal. xliiij.

Non dicit Glia in excelsis. Oro.

Supplicationẽ seruoꝝ tuorum deus miserator exaudi: vt qui in conceptione dei genitricis et virginis congregamur: eius intercessionib⁹ a te de instãtibus periculis eruamur. Per eundem dñm. Lectio libri sapientie.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatẽ odorꝭ ꝛ flores mei fruct⁹ honoris ꝛ honestatis. Ego mater pulchre dilectionis ꝛ timoris: et magnitudinis et sancte spei. In me ois gr̃a vie et veri Eccli. xxiiij. C.

tatis: in me oīs spes vite & virtu-
tis. Trāsite ad me omnes qui cō-
cupiscitis me: et a generatiōibus
meis implemini. Spiritus enim
meus sup mel dulcis: & hereditas
mea super mel & fauum. Memo-
ria mea: in generatione seculorū.
Qui edunt me adhuc esurient / &
qui bibunt me: adhuc sitiēt. Qui
audit me / nō confundetur: et qui
operanť in me nō peccabūt. Et q
elucidant me / vitā eternā habe-
Psal. bunt. Grad. Audi filia & vide & incli-
xliiij. na aurē tuā: quia concupiuit rex speciē
Iudit tuā. V. Specie tua & pulchritudie tua:
intēde prospere pcede & regna. Alla.
V. Conceptio gloriose virginis ma-
rie ex semine abrahe orta de tribu iuda
clara ex stirpe dauid. Sequentia.

1 Dies iste celebretur: in quo
pie recensetur marie cōce-
ptio. Virgo mater generať: cōci-
pitur & creatur recta vena venie.
Ade vetˀ exiliū: & ioachim oppro-
briū hinc habēt remedia. Hoc p
phete preuiderūt: patriarche pre
senserūt: inspirāte gratia. Virgo
florē cōceptura: stella solem pari-
tura / hodie cōcipiť. Flos de vir-
ga pcessurus: sol de stella nascitu-
rus / xp̄s intelligitur. O q̄ felix &
preclara: nobis grata deo chara /
fuit hec cōceptio. Terminať mise-
ria: datur mia / luctus cedit gau-
dio. Noua mater nouā prolem /
noua stella nouum solem / noua
profert gratia. Genitorē genitu-
ra: creatorē creatura: patrē parit
filia. O mirandā nouitatē: nouā
quoq dignitatē / ditat matris ca-
stitatē filij cōceptio. Gaude vir-
go gratiosa: virga flore speciosa:
mater prole generosa / plene ple-
na gaudio. Quod precessit in fi-
gura: nube latet sub obscura: hoc
declarat genitura / semel matris
virgo pura / pariēdo vertat iura /
fusa mirāte natura: deitatis plu-
uia. Triste fuit i eua ve: s3 ex eua
formās aue: versa vice / s3 nō pra-
ue: intus zelans in exclaue: verbū
bonū & suaue: nobis mater virgo
faue tua frui gratia. Ois homo
sine mora laude plena soluēs ora
istam colas ipsam ora: oi die omi
hora. Sit mens supplex vox sono
ra: sic supplica sic implora huius
patrocinia. Tu spes certa misero
rū: vere mater orphanorū: tu le-
uamen oppressorū: medicamē in-
firmorū oibus es oia. Te rogamˀ
voto pari: laude digna singula-
ri: vt errantes in hoc mari nos in
portu salutari tua sistat gratia.

Initiū sctī euāg. scd3 matheū

Liber generationis ie- c. i. A.
su christi filij dauid / fi-
lij abrahā. Abraham
genuit ysaac. Ysaac
autē genuit iacob: iacob autē ge-
nuit iudā et fratres eius. Iudas
autē genuit phares: et zaram de
thamar. Phares autem genuit
esrom: esrom autem genuit arā /
arā autē genuit aminadab. Ami
nadab autē genuit naason: naa-
son autē genuit salmon: salmon
autē genuit booz de raab. Booz
aūt genuit obeth ex ruth. Obeth
autem genuit iesse: iesse autē ge-
nuit dauid regē. Dauid autē rex
genuit salomonem: ex ea que fuit
vrie. Salomon autē genuit ro-
boam: roboā autē genuit abiam:
abia aūt genuit aza. Aza autem
genuit iosaphat: iosaphat autē

genuit ioꝛam: ioꝛam autē genuit oziā. Ozias autē genuit ioathā: ioathā autē genuit achaz: achaz autē genuit ezechiam. Ezechias aūt genuit manassem: manasses autē genuit amon: amon autem genuit iosiam. Josias autē genuit iechoniā et fratres eius: in transmigratione babylonis. Et post trāsmigrationē babylonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autē genuit zoꝛobabel. zoꝛobabel aūt genuit abiud. Abiud autē genuit heliachim: heliachi autē genuit azoꝛ: azoꝛ autem genuit sadoch. Sadoch autem genuit achim: achim autem genuit eliud: eliud autē genuit eleazar. Eleazar autē genuit mathā: mathan autem genuit iacob: iacob autē genuit ioseph virum marie. De qua nat⁹ est iesus: qui vocaꝛ xp̄s. Credo. Offr. Diffusa est gra in labijs tuis: propterea bn̄dixit te de⁹ in eternū et in seculū seculi. Secreta. Psal. xliiij.

Unigeniti tui domie nobis succurrat humanitas: vt qui natus de virgine integritatē matris non minuit: sed sacrauit: in conceptionis eius solennijs a nostris nos piaculis eruēs: oblationem nostrā sibimet faciat esse acceptam iesus chꝛistus domin⁹ noster. Qui tecū. Pꝛefatio. Et te in cōceptione. Cōio. Uera fides geniti purgauit crimina mūdi: ꝛ tibi virginitas inuiolata manet. Postcōio. Eccla

Sumpsimus dn̄e celebꝛitatis annue votiua sacramēta: pꝛesta quesumus: vt intercedēte beata maria semper virgine: ꝛ tēpoꝛalis vite nobis remedia pꝛebeant et eterne. Per. Non dicitur

Ite missa est. Sancte lucie virginis ꝛ mart. Ad missam. Offiti.

Dilexisti iustitiā ꝛ odisti iniqtatē: ppterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo leticie pꝛe ꝯsoꝛtib⁹ tuis. Psal. xliiij. ps. Eructauit coꝛ meū verbū bonum: dico ego opera mea regi. Oratio. Codē.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate lucie virginis et martyꝛis tue festiuitate gaudem⁹: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dn̄m. Epla. Dn̄e de⁹ meus. in cōmuni. fo. xiiij. Grad. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatē. V⁹. Propterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo leticie. Alla. V. Emuloꝛ enī vos dei emulatiōe: despōdi enī vos vni viro virginē castā exhibere xp̄o. Seqn. Exultem⁹ in hac die. vt i cōi. fo. xv. Euāge. Sile est regnū celoꝝ thesauro. in cōi. fo. xv. Offr. Offerent regi virgines post eā: prime eius offerentur tibi. Secreta. Psal. xliiij. ij. coꝛ. xj. A. Psal. xliiij.

Gratāter dn̄e q̄s munera dicāda itueꝛe: q̄ noi tuo p solēnitate sctē lucie virgis ꝛ martyris tue suppliciter imolam⁹. p d. Cōio. Diffusa est gratia in labijs tuis ppterea bn̄dixit te de⁹ i etnū. Postcō. Psal. xliiij.

Sancte lucie vginis ꝛ martyꝛis tue: nos dn̄e q̄sumus pꝛecatio tibi grata cōciliet: vt per hec sctā q̄ sumpsimus salutaria sentiam⁹. Per. In vigilia sctī thome apli: q̄re oia in vigil. vni⁹ apli. in cōi. fo. j. Si hec vigilia in dn̄ica: vel in. iiij. fer. vel in. vj. fer. vel in sabbō quatuoꝛ tp̄m euene. nichil ad missā fiat de vigi. pꝛeter meōꝛiā: s; in quacūq alia fer. ātigerit: de eadē vigilia dicaꝛ missa. In die sctī thome apli. Offiti.

Ps. cxxxviii. Jbidē. Michi aūt nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Ps. Dñe pbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionē meā. Orō.

Da nobis quesumus dñe beati thome apostoli tui ita solennitatibus gloriari: vt eius semp et patrociniis subleuemur: et fidē congrua deuotione sectemur. Per d. Epla. Jā nō estis. vt in cōi. fo. j.

Ps. cxxxviii. Jbidē. Grad. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. V. Dinumerabo eos: et super arenam multiplicabūtur. Alleluya.

Psal. xviii. V. In omnē terrā exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre vba eor. Seqn. Clare sanctorū. in cōmuni. fol. ij.

Euangeliū: secundū Johānem.

ca. xx. f. In illo tpe. Thomas vnus ex duodecim q dicit didimus nō erat cū eis qn venit iesus. Dixerūt ergo ei alii discipuli. Vidimus dñz. Ille aūt dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixurā clauorū: et mittā digitū meū in locū clauor et mittā manū meā in latus eius non credā. Et post dies octo: iterz erāt discipuli eius intus: et thomas cū eis. Venit iesus ianuis clausis: et stetit i medio et dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitū tuū huc et vide manus meas et affer manū tuā et mitte in latus meū: et noli esse incredulus sed fidelis. Rñdit thomas: et dixit ei. Dñs meus: et deus meus. Dixit ei iesus. Qr vidisti me thoma credidisti: bti q nō viderunt: et crediderunt. Credo.

Psal. xliiii. Offr. Constitues eos principes super oēm terrā: memores erūt nomis tui: in oi progenie et generatione. Secreta.

Debitū dñe nostre reddim^9 seruitutis suppliciter exorātes. vt suffragiis beati thome apostoli tui in nobis tua munera tuearis: cuius honorādo cōfessionem laudis tibi hostias immolamus. Per d. Prefatio. Et te dñe.

Cōio. Mitte manū tuā et cognosce loca clauorū alla: et noli esse incredulus sed fidelis: alleluya alla. Postcōio. Johā. xx.

Prosit plebi tue misericors deus diuini pceptio sacramēti et intercessio bti thome apostoli tui: vt saluationē mētis et corporis et incessabiliter expetat et affluēter accipiat. p d. ℂ Sancti felicis epi et martyris. Officium.

Sacerdotes dei benedicite dominū: sancti et humiles corde laudate deū. ps. Bñdicite oia opera dñi dño: laudate et superexaltate eū in secula. Gla pri. Gla in excel. Daā. iii. D. Eodē.

Et dicitur in omni festo sanctor extra aduentū: et a septuagesima vsqz ad pascha: pterq in festo sancte petronille virginis: cum post octa. sancte trinitatis et corporis christi euenerit: et in festo scti bertini abbatis: et sctē tecle virginis: et sancti romani epi et cōfessoris in qbus dicitur nocturnus. Orō.

Concede quesumus oīps deus vt ad meliorē vitam sancti felicis martyris tui atqz pontificis exēpla nos prouocent: quatenus cuius solennia celebramus: etiaz actus imitemur. Per dñm. Epla. Testificor. in cōi. folio iiii.

Gr. Iurauit dñs et nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternū scdm ordinē melchisedech. V. Dixit dñs dño meo: sede Ps. cix. Eodē.

p. lxxviij. a dextris meis. Alla. V. Inueni dauid seruum meu: oleo sancto meo vnxi eum. Euagel. Qui vos audit me
ps. xx. audit. vt in coi. fo. v. Offer. Glia & honore coronasti eu: & costituisti eu sup opera manuum tuaru dne. Secreta.

Hostias tibi dne beati felicis martyris tui atq pontificis dicatas meritis benign9 assume: et ad ppetuu nobis tribue prouenire subsidiu. Per dominu.
ps. xx. Coio. Posuisti dne in capite eius: coronam de lapide precioso. Postcoio.

Tua sancta sumentes dne suppliciter depcamur: vt beati felicis martyris tui atq potificis / cuius celebram9 solennitate: sentiam9 ptectione. Per do.

¶ Sciedu est q si aliqd festu triu lec. vel oct. sine regi. cho. ab octa. epy. vsq ad quadragesima: et ab oct. pasche vsq ad prima do. ate ascesione dni: & rursu ab iceptioe Deus oim. vsq ad aduetu dni in sabbato cotigerit: vel p toti9 anni spacium in dnicis siue in ieiunijs quatuor tpm vel in vigilia euenerit: nichil fiat ad missam de sctis nisi tm meo. nisi qn dicit missa de aliquo scto. vel octa. in caplo / vbi aliqd ppriu habet: & tuc no dr ad missa de die de eis meo. In sabbato em solet fieri totu seruitiu de scta maria: nisi fest. ix. lc. vel triu lec. cu pprijs Reijs vel laud. vel vigil. vel ieiun. iiij. tepor / vl oct. cu regi. cho. ipedierint: tunc em fiat in aliqua fer. ipsi9 ebdo. In dnicis aut dieb9 missa dnicalis cantat: nisi interim fest. vel oct. cu regi. cho. ipediat. tm si in ipsa dnica noua hystoria inchoanda fuerit: festu si simplex fuerit differat / et missa de dnica dicit: nisi sit festu trasla. scti edmudi epi / vel. s. barnabe apli / vel scti petri ad vincula vel decolla. s. ioha. bapt. vel aliqd tale festu. ix. lec. qd i crastio no sequat aliud fest. ix. lec. & si hystoria no fuerit duratura nisi p vna ebdoma. & i ipa ebd. tot fes. no vacauerint in qb9 possit hystoria pcatari: festu differat: & missa de dnica dicat. ¶ In vigilia Ro & quatuor tpibus semp dicat missa de ieiunio: cu moderatioe tame que est supra in vigilia sancti andree. No si festu. ix. lc. ibi euenerit: missa de festo post tertia dicit: missa vero de ieiunio post sexta: vtraq ad principale altare: ita tm q dyaconus & subdyaco. sint albis cum amictib9 induti: absq tunicis vel casulis ad illa mis. scz de ieiunio: vtat etia clerici in cho. cappis nigris: et fiat pstratio post Sact9. more solito. et dicutur pces feriales: licet duplex festu fuerit ipso die. Excipiutur tm qda festiuitates triu lect. scilz sctoru iohanis & pauli / ypoliti sociorusq eius / scti bricij epi: & vndecim miliu virginu: scdm antiquu ordinale: q si in sabba. cotigerint: missa de eis dr: et missa de cmeoratioe bte marie in aliqua feria ipsius ebdo. celebret. Si vero queda istaru festiuitatu: vt est sanctoru iohannis: et pauli: ypoliti & scti bricij: i dnica euenerint / magna missa de festis dicit & missa dnicalis in capl. nisi forte / vt supra dictu est noua hystoria i ipa dnica ichoada fuerit: tuc em missa de dnica dicet: et hmoi festa in crastinu differetur. ¶ Scti mauri abba. & cfes. Offi.

p. xci. Iustus vt palma flore-bit: sicut cedrus libani multiplicabit: plätat' in domo dñi: in atrijs
Eodē. dom' dei nr̄i. ps. Bonum est cōfiteri dño: ꝛ psallere nōi tuo altissime. Oro.

Deus q̄ eterne glie participē beatū maurū leuitā atq abbatē fieri ꝯcessisti: cōcede nobis ppici': ipso intercedēte aditū regni celestis: cui' ad bñ viuēdū informamur exēplis. p. Epla. Iustus cor suū. in cō. fol. xiij. Grad.
psal. Os iusti meditabit sapientiā: ꝛ lingua
xxxvi. eius loq̄tur iudiciū. V. Lex dei eius in corde ipsius: ꝛ nō supplantabunt gressus eius. Alla. V. Amauit eū dñs et
Laus ecclie. ornauit eum: stola glorie induit eum. Euāgel. Nemo ascēdit. vt in cō.
ps. xx. fo. xiij. Offr. Desideriū aie ei' tribuisti ei dñe: ꝛ voluntate labiorū eius non fraudasti eū: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Secreta.

Ecclie tue dñe munera ppiciat' sctifica: ꝛ concede: vt p hec venerāda cōmercia: intercedēte btō mauro cōfessore tuo atq abbate: pane celesti refici merea-
ps. xx. mur. Per. Cōio. Magna est glia ei' in salutari tuo: gloriā ꝛ magnū decorē impones super eum domine. Postcōio.

Supplices te rogamus oīps de': vt itercedēte btō mauro ꝯfessore tuo atq abbate: et tua in nobis dona multiplices: et tēpora nr̄a disponas. Per. Scti marcelli pape ꝛ martyris. Offm.
Eccli. xlv. D Statuit ei dñs testamentū pacis: ꝛ pricipē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas i etnū.
p. lxxx viij. ps. Mias dñi in eternū cātabo. Oro.

Preces popli tui q̄s dñe clemēter exaudi: vt btī marcelli martyr' tui atq pōtific' meritis adiuuemur: cui' passiōe letamur. Per do. Epla. Oīs pōtifex. in cō. fo. v. Gr. Inueni dauid seruū meū: oleo sctō vnxi eū: manus em̄ mea auxiliabitur ei: ꝛ brachiū meū cōfortabit eū. V. Nichil pficiet inimic' in eo: et filij iniq̄tatis nō nocebit eū. Alla. V. Elegit te dñs sibi in sacerdotē magnū in populo suo. Euāgel. Vigilate q: nescit'. in cō. fo. xij. Offr. Veritas mea et mīa mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. p. lxxx viij. et omnia infra.

Ut nr̄e saluti munera oblata pficiāt: sancti marcelli martyris tui atq pontificis dñe q̄s obtineat intercessio salutaris. Per dñm. Cōio. Dñe quinq talenta tradidisti michi: ecce alia quinq supluc̄ratus sum: euge serue fidelis: q: i pauca fuisti fidelis: sup multa te ꝯstituā: intra in gaudium dñi tui. Postcōio. Mat. xxv. B

Presta q̄s dñe: vt sacramēti tui pticipatiōe vegetati: scti quoq marcelli martyris tui atq pōtific': pcib' adiuuemur. p. Scti sulpicij epi et ꝯfes. Offm.

Sacerdotes dei bñdicite dominū: scti ꝛ humiles corde laudate deū. ps. Benedicite omnia opera dñi domino: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio. Dan. iii. D. Eodē.

Da q̄s oīps de': vt q̄ btī sulpicij cōfessoris tui atq pōtificis depositionē colim': ei' apō te intercessiōib' adiuuemur. Per d. Epla. Iustū dedu. in cō. fo. xiij. Gr. Ecce sacerdos magnus q̄ in dieb' suis placuit deo. V. Nō est inuēt' similis illi: q̄ ꝯseruaret legē excelsi. Alla. V. Posui adiutoriū sup potentē: ꝛ exaltaui electū de plebe mea. Euāge. Homo q̄dā pegre. in cō. fo. xij. Offr. Eccl. xliiij. C.

Ps. lxxxviij. Inueni dauid seruu meu: et in oleo scto vnxi eu: manus eni mea auxiliabit ei/ et brachiu meu cofortabit eu. Secreta.

Supplicatioibus nris tibi dne grata pariter exstat oblatio: qua p scti sulpicij cofessoris tui atqz potificis commemoratioe deferimus: atqz indulgetia nobis eius suffragijs largiat. p. Coio.

Mat. xxiiij. D. Fidelis seruus et prudens que constituit dns sup familia suam: vt det illis in tepore tritici mensuram. Postcoio.

Prestent nobis dne tua sancta psidiu: q interuetioibus beati sulpicij cofessoris tui atqz potificis et merit: nos ab oibus absoluant pctis. Per dnm. ¶ Sancte prisce vginis et martyris. Offim.

Psal. cxviij. Loqbar de testimonijs tuis in cspectu regu/ et no cfundebar: et meditabar in madatis tuis

Ibide q dilexi nimis. Ps. Beati imaculati in via: q ambulat in lege dni. Oratio.

Da qsumus oipotes deus: vt qui beate prisce virginis et martyris tue natalicia colimus: et annua solenitate letemur: et tate fidei pficiamus exeplo. Per dnz.

Epla. Dne deus meus. In comunt

Psal. xliiij. et oia infra. fo. xiiij. Gr. Specie tua et pulchritudine tua: intede psperc pcede et regna. V. Propter veritate et mansuetudine et iusticia: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. V. Specie tua et pulchritudine tua: intede prospere procede et regna. Euage. Simile est regnu celoru thesauro. in coi. fo. xv.

Psal. xliiij. Offr. Filie regu in honore tuo: astitit regina a dextris tuis: in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta.

Munera nostra qs dne gratanter assume: vt p interuetione beate prisce vginis tue et martyris/ oim nostrum corda ad cultum vere religionis conuerte. Per. Coio. Feci iudiciu et iusticia dne no calumnient michi superbi ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui. Postcoio. Psal. cxviij.

Adiuuet nos dne qs et hec mysteria sancta q sumpsimus: et beate prisce vginis tue et martyris intercessio veneranda. p.

¶ Si festu alicuius scti. ix. lec. ab octa. epypha. vsqz ad septuagesima: et ab octa. pasche vsqz ad penthecosten/ et a Deus oim. vsqz ad aduentu dni/ in dnica contigerit fiat seruitiu de ipo scto. Processio etia in ipa dnica: fiat de sco cu. r. cnso. cois hysto. vel cu aliquo R. de hysto. ipsius si ppria habeat. In redeudo: scz in introitu chori dicit aliqua an. vel R. de scta maria cu V. et orone q tpi cueniat. Tn si fuerit maius dup. alicuius scti: tuc in eudo et redeudo/ fiat totu de scto. Dnica vo infra oct. et in oct. assumptiois: et nati. bte mar. si dnica fuerit. in eudo de sca ma. vz: in itroitu chori de oibus sctis. Saluator mundi. V. Letamini. Oro. Infirmitate nostra. Dn vo. an. Saluator mundi dne. vz ad primas vesp. tuc ad pces. an missa/ vz an. Te gliosus. cu predictis Vsibus/ et oratioibus de oibus sctis. ¶ Sancti Wlstani epi et cofessoris. Officiu.

Eccli. xlv. D. Statuit ei dns testamentu pacis: et pricipe fecit eu: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternu. Ps. Ps. lxxxviij. Mias dni: in eternum cantabo. Oro.

Spiritu nobis dne tue charitatis ifunde: vt interce-

dicte beato Wlstano cõfessore tuo atq; põtifice: tuã mereamur dulcedinẽ in eterna felicitate gustare. Per dñz. in vnit. Epla. Ecce sacerdos magn⁹ q̃ in dieb⁹. vt in cõi
ps. xx. fo. x. Grad. Dñe preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. V.
Codẽ. Uitam petijt z tribuisti ei: longitudinẽ dierũ in seculum seculi. Alleluya. V.
ps. lxxx viij. Inueni dauid seruum meũ oleo sancto meo vnxi eũ. Sequẽ. Alma cohors
omnia vna laudũ. vt in cõi. fo. xj. Euãg.
infra. Homo quidã peregre. in cõmuni. fo. xij. Offert. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Suscipe q̃s dñe supplicis familie tue mun⁹ oblatũ / et qd̃ rea spare nõ audet cõsciẽtia intercedẽte btõ Wlstano / tua nobis largiat indulgẽtia. Per d. Cõio.
Mat. xxiiij. D. Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs / inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis / super oĩa bona sua constituet eũ. Postcõio.

Salutaris tui dñe mysterio satiati / supplices imploramus clemẽtiã tuã: vt p nobis ei⁹ non desit oratio: cui⁹ nos donasti gubernari patrocinio. Per dñm.

¶ Sanctor Fabiani / et sebastiani martyrũ. Ad missam. Officiũ.
Psal. lxxviij.

Intret in conspectu tuo dñe gemitus cõpeditor redde vicinis nostris septuplũ i sinu eorum: vindica sanguinẽ sãctor tuorũ q̃ effusus est. ps. Deus venerũt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctũ tuũ posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Oratio. Ibidẽ

Deus qui beatos martyres tuos fabianũ / et sebastianũ virtute cõstãtie in passiõe roborasti: et eor nobis imitatione tribue pro amore tuo psp̃era mũdi despicere: z nulla ei⁹ aduersa formidare. Per d. Epla. Scti p fidẽ. vt in cõi. fo. vj. Gr. Gloriosus deus in sanct⁹: mirabilis in maiestate faciẽs pdigia. V. Dextera tua dñe glorificata est in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicũ. Alla. V⁹ Sancti tui dñe bñdicẽt te: gloriã regni tui dicent.
Exodi xv. I. Codẽ. Psal. cxliiij.
Si hoc festũ ante. lxx. euenerit dicis sequẽtia de cõi. Si vero infra: nõ dr Alla. nec sequẽtia: sed tract⁹ qd̃ in oĩbus festis. ix. lec. obseruet vsq; ad passionẽ dñi. In fest. Uo sine regimine chori nunq̃ dicitur tract⁹ sed gr. repetat. In festis autẽ dupl. tã infra passionẽ q̃ extra dicit tract. nisi in festis purificationis / et annunciationis beate marie: z dedicationis. Tractus.

Qui seminãt in lachrymis i gaudio metẽt. V. Euntes ibãt z flebant: mittẽtes semina sua. V. Uenientes autem venient cũ exultatione: portantes manipulos suos. Euangeliũ.
Psal. cxxv. et oĩa infra.
Descendens iesus de monte. In cõmuni. folio. viij. Offer. Letamini in domino z exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.
Psal. xxxi.

Accepta sit in cõspectu tuo q̃s dñe nostre deuotionis oblatio: z eor nobis fiat supplicatione salutaris: p quor passione defertur. Per. Cõio. Multitudo lãguentiũ et qui vexabãtur a spiritibus
Luce. vi. C.

immūdis veniebant ad eū: q2 virtus de illo exibat ⁊ sanabat omes. Postcōio.

Sacramētoꝝ tuoꝝ dñe bñdictione satiati: ⁊ beatoꝝ martyꝝ tuoꝝ fabiani / ⁊ sebastiani gl'iosa cōfessiōe muniti, te suppliciter exoꝛam⁹: vt p hec eadē a cunctis vicijs emūdemur. Per d.

¶ Scte agnet; vgi. ⁊ mar. Offi.

Psal. cxviij. C. Me expectauerunt peccatoꝛes: vt pderēt me: testimonia tua domine intellexi: oīus cōsummationis vidi finem: latū māda Ibidē tum tuū nimis. ps. Beati immaculati in via: q ambulāt in lege dñi. Oro

Omnipotens sempiterne de⁹ / q infirma mundi eligis: vt foꝛtia queqꝫ cōfundas: cōcede ppicius: vt qui beate agnet; martyꝛis tue solennia colim⁹: eius apud te patrocinia sentiam⁹. p. Epla. Cōfi-

Psal. xliiij. et oia infra. teboꝛ. in cōi. fo. xiiij. Grad. Diffusa est gra in labijs tuis: ppterea bñdixit te de⁹ in eternū. V. Propter veritatē et māsuetudinē ⁊ iustitiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V. Veni electa mea ⁊ ponā te i thꝛonū meū q2 cōcupiuit rex speciem tuā. Sequentia. Exultemus. in cōi. fo. xv. Si infra septuagesimā dicitur tractus.

Diffusa est gratia in labijs tuis ppꝛopterea benedixit te deus in eternū. V. Specie tua ⁊ pulchꝛitudine tua: intende pspere pcede et regna. V. Propter veritatē ⁊ mansuetudinem et iustitiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. V. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuā: q2 cōcupiuit rex speciē tuam. Euāgel. Simile est regnū celoꝝ thesauro. in cōi. fol. xvij. Offert. Offerent regi virgines post eā: proxime ei⁹ offerent tibi in leticia ⁊ exultatione: adducent in tēplū regi dño. Secreta.

Suscipe qs dñe sacrificiū / cuius te voluisti dignāter immolatiōe placari: ⁊ psta: vt intercedēte btā agnete vgine tua ⁊ martyꝛe / hui⁹ opatiōe mandati: bñplacitū tibi nře mētis seruitiū offeram⁹. Per dñm. Cōio. Quinqꝫ Mat. xxv. A. prudētes virgines accepert oleum in vasis suis cū lāpadibus. media autem nocte clamoꝛ factus est: ecce spōsus venit / exite obuiā chꝛisto dño. Postcōio

Refecti libamie qs dñe de⁹ nr: vt intercedente btā agnete virgie tua ⁊ martyꝛe: pꝛesentis nobis vite subsidiū / et eterne tribuas repire leticiā. Per.

¶ Sancti vincētij marty. Offi.

Letabit iustus in dño / et sperabit in eo: ⁊ laudabuntur omnes recti coꝛde. ps. Exaudi de⁹ oꝛationem meā cum depꝛecoꝛ: a timoꝛe inimici eripe animam meam. Oratio. Ps. lxiij. Ibidē

Adesto dñe supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nřa reos nos esse cognoscimus: beati vincentij martyꝛis tui intercessione liberemur. Per. Epla. Beatus vir q in sapientia. in cōi. folio. iiij. Grad. Posuisti dñe ps. xx. super caput eius: coꝛonā de lapide pꝛecioso. V. Desideriū anime eius tribuisti ei: et volūtate labioꝛū ei⁹ nō fraudasti eum. Alla. V. Letabitur iustus in ps. lxiij. domino et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti coꝛde. Sequentia.

Stola iocūditat; alleluya. Induit hodie dñs militē suū vincētiū. Solito plaudat ala cri⁹ ꝛcio leta fideliū. Hodie martyꝛ isignis hostiā deo placētē obtulit. Hodie toꝛmētū ignis graui

ter examinat⁹ ptulit. Aiatus ad
certamen monitu bti senis. Gra
uissimis nō refugit: exhibere mē
bra penis. Ante ducē accersit: de
fide cōuenit cōmunis ecclie. Sed
In mentib⁹ nris qs dne vere fidei sacramenta confirma: vt qui conceptu de virgine/ deu verum et hominem firmiter confitemur: p eiusdem salutifere incarnationis potentiam: ad eternam mereamur puenire leticiam. p eundem. Prefa. Et te in annuntiatione. Cōio. Ecce virgo concipiet et pariet filiu: et vocabitur nomen ei⁹ emanuel. Esaye vij. G
In tpe pasch. alla alla. Postcōio.

Gratiam tuam qsum⁹ dne mentibus nostris infunde: vt qui angelo nunciante xpi filij tui incarnationem cognouimus: p passionem eius et crucem/ ad resurrectionis gloriam perducamur. p eund. ¶Si hoc festu in aliqua dnica. xl. euenerit semp differatur in crastinu. Cu vero infra passionem extra dnicam contigerit: ibi solenniter celebretur. Si autem in die cene/ vel in duob⁹ dieb⁹ sequentib⁹: siue in ebdo. pasc. euen. in prima feria vacante post octa. pasche vbi conuenienti⁹ potest celebrari/ celebretur. Et hoc eodem modo fiat de ceteris festis duplicib⁹: tempore predicto contingentib⁹: et semp infra. xl. qn fit seruitiu de aliquo sancto nouem lec. missa de festo post tertiam dr. missa vero de ieiun. post nonam: vtraqz ad pricipale alta. et fiat pstra. post Sanctus. et dicunt feriales preces more solito ad illam mis. de ieiun. licet dup. fes. fuerit.

¶Sancti richardi epi. Officiu.

Eccli. xlv. D
Statuit ei dominus testamentu pacis/ et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternu. In tpe pasc. alla alla.
ps. lxxx viij. Ps. Mias dni: in eternu cantabo. Oro

Deus qui ecclesiam tuam/ meritis bti richardi confessoris tui atqz pontificis/ fecisti miraculis choruscare gloriosis: concede nos famulos tuos ipsi⁹ intercessione ad eterne beatitudinis gloriam peruenire. Per dnm. Epla. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis. In cōmuni. fo. x. Grad.
Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti i capite eius coronam de lapide precioso. V. Vitam petijt et tribuisti ei longitudinem dieru in seculum seculi. Tract⁹. Beatus vir. in cōi. fo. xj. Eua. Homo qda peregre. in cōi. fo. xij. In tpe paschali ps. xx. Eodem.
Alla. V. Iustus germinabit sicut lilium: et florebit in eternu ante dominu. ex esa. xxxv.
Scdm Alla. erit vnu de subscriptis D.
Alla. V. Mane nobiscu dne: qz declinata est iam dies advesperum. Alla. Luce. xxiiij. E.
V. Oportebat pati christu/ et resurgere a mortuis: et ita intrare in gloriam sua. Luce. xxiiij. D.
Alla. V. Xps resurgens ex mortuis/ iam non moritur: mors illi vltra non dnabitur.
Alla. V. Surrexit altissimus de sepulchro: qui pro nobis pependit in ligno. Eccla et oia infra.
Alla. V. Surrexit christus et illuxit populo suo: quem redemit ipse sanguine suo. Alleluya. V. Christus mortuus est ppter delicta nostra: et surrexit propter iustificationem nostram. Alla. V. Surgens iesus dns noster stetit i medio discipulorum suoru/ et dixit pax vobis Alla. V. Surrexit dns et occurrens mulieribus ait auete: tunc accesserunt et tenuerunt pedes eius. Alla. V. In die resurrectionis mee dixit dns: precedam vos in galileam. Quib⁹ dictis dnr illa de ebdomada pascha. videlicet de tertia/ quarta/ et quinta fe. qui sequuntur. Alla. V. Surgens iesus dns noster/ stetit in medio discipulorum suorum: et dixit pax vobis. Alla. V. Surrexit dns et occurens mulieribus ait/ auete

tūc accesserūt et tenuerunt pedes eius. Alla. V. In die resurrectiōis mee di cit dñs: pcedā vos in galileā. Qd etiā obseruet in oi fes. cū regimie chori / ab octa. pasc. vsqz ad ascēsionē dñi: cū repetitione frequēti / si necesse fuerit. Seqn. Adest nobis dies alma. in cōi. fo. xj. Euangel. Ego sum vitis ūa. in cōi. fo. j. Offer.
ps. lxxxviij. Ueritas mea et mia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu ei⁹. In tēpore pascha. alleluya. Secreta.

Concede qs misericors de⁹: vt intercedēte btō richardo cōfessore tuo atqz pōtifice oculis tue maiestatis munus oblatū et gratiā nobis bene viuēdi obtineat / et glīaz sempiternā acqrat.
Mat. xxiiij. D. Per d. Cōio. Btūs seru⁹ quē cū venerit dñs inuenerit vigilātē: amē dico vobis sup oia bona sua constituet eū. In tēpore pascali. alla alla. Postcōio.

Hec sacrosctā sumpta mysteria nobis effectū dñe cōferāt salutarē: quoz btūs richardus cfessor tu⁹ atqz pōtifex: deuotus extitit dispensator. p. ¶ Scti ambrosij epi et doctoris. Officiū.
Psal. cxxxj. Sacerdotes ei⁹ induant iustitiā: et sancti tui exultēt. pter dauid seruum tuū non auertas faciē xpi tui. In tēpore paschali.
Ibidē alleluya. ps. Memēto domie dauid: et omnis mansuetudinis eius. Orō.

Deus q ppło tuo etne salutis btm ābrosiū ministrū cōcessisti: psta qs / vt quē doctorē vite habuim⁹ in terris: intercessorē semp habere mereamur i celis. p. Epla. Dedit dñs. i cōi. fo. xij. Gr.
ps. cix. Iurauit dñs et nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternū scdm ordinē melchisedech. V. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Tr. Btūs vir. vtš. fo. xj. Euā. Uigilate qz nescit. i cōi. fo. xij. In tpe pasc. Alla. V. Iustus ut esa. germinabit sicut liliū: et florebit in eternū ante dñm. Scdz Alla. vnū de supra scriptis. Seqn. de cōi. fo. xj.
D. Euā. Ego sū vitis ve. in cōi. fo. j. Credo. Offert. Ueritas mea et mia
ps. lxxxviij. mea cū ipso: et in noie meo exaltabit cornu ei⁹. In tpe pasc. alla alla. Secre.

Hec in nobis sacrificia de⁹: intercedente beatissimo cōfessore tuo ambrosio: et actione pmaneant / et operatione firment. Per d. Cōio. Beatus seru⁹ quē cū ve
Mat. xxiiij. nerit dñs inuenerit vigilantē: amē dico vobis sup oia bona sua constituet eum. D. In tpe pasch. alla alla. Postcōio.

Sancti ābrosij nos qs dñe iugiter psequat orō: vt qd petitio nřa nō ipetrat: ipso p nobis iter uenięte psteť. p. ¶ Sctor tyburtij et valeriani marty. Offi.
Psal. cxliij. Sancti tui dñe bñdicēt te: gloriā regni tui dicēt alla. ps. Exaltabo te
Ibidē deus me⁹ rex et bñdicā noi tuo in seculum et in seculū seculi. Orō.

Presta qs ops de⁹: vt q sanctor martyr tuor tyburtij / valeriani / atqz maximi solēnia colim⁹: eor etiā virtutes imitemur. p. Epla. Lingua sapiētū.
Eccle. xv. in cōi. fo. vij. Alla. V. Scti tui dñe florebunt sicut liliū: et sicut odor balsami erūt ante te. Secūdum Alla. erit de prima dñica pcedēti: et hoc in oibus fe. sine regimie cho. ab oct. pasc. vsqz ad ascen. dñi obseruet. Euāgel. Ego sum vitis vos palmites. in cōi. fo. j. Offert. Confite-
ps. lxxxviij. bunt celi mirabilia tua dñe etenim vita.

tē tuā in ecclia sctōꝝ alla all. Secreta
PResentibꝰ dn̄e q̄s itē de mu
neribus: & patrocinātibus
sanctis martyribus tyburtio/ va
leriano/ & maximo/ quorū solen
nia celebramꝰ: fidelibꝰ tuis salu
tis indulgētiā cōferāt: et terrena
premia dignāter acquirāt. Per.
Psal. xxxij. Cōio. Gaudete iusti in dn̄o alleluya:
rectos decet collaudatio alla. Postcō.
SAcramēti tui dn̄e q̄s sum
pta bn̄dictio/ corpora nr̄a
mētesq; sctificet: et sctōꝝ martyꝝ
tuorū tyburtij/ valeriani/ & ma
ximi itercessionibꝰ: sempitne glo
rie ascribendos nos pparet. Per.
Scti alphegi epi & mart. Offi.
p.lxvj PRotexisti me deꝰ a cō
uētu malignātiū alla
a multitudie opantiū
iniqtatē alla alla. ps.
Eodē. Exaudi deꝰ orationē meā cū deprecor:
a timore iimici eripe aiam meā. Orō.
DEus q̄ btm̄ alphegū pōti
ficē tuū sacerdotij dignita
te & palma martyrij decorasti/ cō
cede ppiciꝰ: ita nos apd te eiꝰ iter
cessionibꝰ adiuuari/ vt cū eo possi
mus i etna felicitate letari. Per.
epla. Doctrinis varijs. i cōi. fo. v.
Alla. V. Elegit te dn̄s sibi in sacerdo
tē magnū in pplo suo. Euā. Ego sū
p.lxxx viij. vitis. Va. in cōi. fo. j. Offr. Cōfitebū
tur celi mirabilia tua dn̄e: etem̄ vitatē
tuā in ecclia sctōꝝ alla alla. Secreta
HEc dn̄e altari tuo munera
iposita bn̄dic ipse & suscipe
vt intercessione bti alphegi mar
tyris tui atq; pontificis nobis ad
fructū pficiāt vtriusq; salutis. p.
Johā. xv. A. Cōio. Ego sum vitis va & vos palmi
tes: q̄ manet in me et ego in eo/ hic fert
fructū multū alleluya alla. Postcōio.

SUmpto dn̄e sacramento/
tuā supplicit deprecamur
clemētiā: vt intercedēte beato al
phego martyre tuo atq; pontifi
ce/ qd̄ tēporaliter gerimus: ad vi
tam capiamus eternā. Per dn̄m.
Sancti georgij martyris. Offi.

PRo texi sti me deꝰ a cōuētu ma lignātium alla: a mul titudie ope rātiū iniq tatem alla alleluya. p.lxvj
ps. Exaudi Ibidē
deus orationē meā cū deprecor: a timo
re inimici eripe animā meā. Oratio.
DEus qui nos beati georgij
martyris tui/ meritis & in
tercessione letificas: cōcede propi
cius: vt cuius bn̄ficia poscimus:
dono tue gratie assequamur. Per
dn̄z. Lectio beati iacobi apostoli.
CHarissimi. Oē gaudiū exi c.j.A.
stimate/ cū in tētatiōes va
rias icideritis: sciētes q̄ pbatio fi
dei vr̄e/ patientiā opat. Patiētia
autē opus pfectū habeat: vt sitis
pfecti & itegri in nullo deficiētes.
Si q̄s aūt vestrū idiget sapiētia:
postulet a deo q̄ dat oībꝰ affluēter
et nō impropat/ & dabit ei. Postu
let aūt i fide: nichil hesitās. Qui
em̄ hesitat/ similis est fluctui ma
ris: q̄ a vēto mouet et circunfert.
Nō ergo existimet hō ille: q̄ acci
piat aliqd a dn̄o. Vir duplex aīo
incōstās est: in oībꝰ vijs suis. Glo
riet aūt frater humilis in exalta
tione sua: diues aūt in humilita

te sua/ qm̄ sicut flos feni trāsibit.
Exortꝰ est em̄ sol cū ardore: ꝛ are
fecit fenū/ ꝛ flos eiꝰ decidit/ ꝛ de-
cor vultus eius deperijt. Ita ꝛ di
ues: in itineribus suis marcescet.
Beatꝰ vir qui suffert tētationē:
qm̄ cū ꝓbatus fuerit/ accipiet co
ronā vite: quā repromisit deꝰ dili
Psal. lxiij. gentibꝰ se. Alla. V. Letabit iustus
in dño/ ꝛ sperabit in eo: ꝛ laudabuntur
omnes recti corde. Sequē. Organi
cis canamꝰ. in cōi. fo. iiij. Euāge.
Ego sum vitis vera. In cōi. fo. j.
Ps. lxxxviij. Credo. Offer. Confitebunt celi mi-
rabilia tua dñe etenī veritatē tuā in ec
clesia sanctorū alleluya alla. Secreta
Offerimꝰ tibi dñe solēne sa-
crificiū ꝓ venerāda sancti
georgij martyris tui passiōe/ de-
precantes clementiā tuā: vt ꝑ hec
sacrosctā mysteria: antiq hostis
tētamēta/ te triūphāte vincamꝰ:
et eterne remunerationis premiū/
te largiēte sequamur. ꝑ d. Cōio.
Ps. lxiij Letabit iustus in dño et sꝑabit in eo: ꝛ
laudabunt oēs recti corde. Postcōio.
Mense celestis satiati dulce
dine: humilit te rogamus
oīps pater: vt intercedēte btō ge-
orgio martyre tuo: resurrectōis
eius simus participes/ cuius su-
mus morte redēpti. Qui tecū vi.
¶ Scti marci euāgeliste. Offiīn.
Protexisti me. vt supra. Oratio
Deus qui btm̄ marcū euāge
listā tuū/ euāgelice ꝑdica
tionis grā sublimasti: tribue qs:
eiꝰ nos semꝑ ꝛ eruditiōe ꝓficere:
et orōne defēdi. ꝑ d. Ad epheseos.
c. iiij. B. Fratres. Unicuiq nostrū
data ē grā secundū mēsu-
ram donationis xp̄i. Propter qđ
dicit. Ascēdēs i altū/ captiuā du-
xit captiuitatē: dedit dona hoi-
bus. Qđ aūt ascēdit qđ est: nisi qr
et descendit primū ad inferiores
partes terre. Qui descēdit: ipe est
et q ascēdit sup oēs celos/ vt ad-
impleret oīa. Et ipse dedit quos-
dam qdē aplos/ quosdā autē ꝓ-
phetas: alios vero euangelistas/
alios vero pastores/ et doctores/
ad cōsummationē scōrū in opus
ministerij/ in edificationē corpis
xp̄i donec occurramꝰ oēs i vnita-
tē fidei ꝛ agnitiōis filij dei/ i virū
ꝑfectū: in mēsurā etatis: plenitu
dinis xp̄i. Alla. V. Primꝰ ad syon
dicet ecce assum: ꝛ hierusalē euāgelistā
dabo. Seqn. Laus deuota. in cōi
fo. iij. Euāg. Ego sum vitis vera.
in cōi. fo. j. Offer. Cōfitebunt celi mi- Ps. lxxxviij.
rabilia tua dñe: etenī veritatē tuam in
ecclesia sanctorū alla alla. Secreta.
Beati marci euāgeliste tui
solēnitate tibi mūera defe-
rētes/ qs dñe: vt sicut illū ꝑdica-
tio euāgelica fecit gliosū: ita nos
eius intercessio et vbo et ope tibi
reddat acceptos. ꝑ. Prefat. Et te
dñe. Nō đz in hac ꝑfat. Per btōs
euāgelistas: sed Per btōs aplos.
Cōio. Ego sum vitis va ꝛ vos palmi Johā.
tes. qui manet in me ꝛ ego in eo hic fert xv. A.
fructū multū alleluya alla. Postcōio
Refecti cibo spiritalis ali-
monie/ qs dñe deus nr: vt
qđ mysterio frequētamꝰ: interce-
dēte btō marco euāgelista/ plena
vtute ꝯsequamur. ꝑ d. ¶ Si hoc
fes. in aliquo festo post oct. pas. cō
tigerit/ tūc fiat pcessio post ma
gnā missā de. s. marco. Si in ebđ.
pasc. aliqđ fes. vel triuñ. euenit. ni
chil de fe. fiat nichil de ie. nec post
nec ante: nisi forte in oc. ꝯtigerit:

tūc eīm potest differri in crastinū. Hoc idem obseruet in ebd. pēthe. ¶ Sancti vitalis marty. Offm. Protexisti me. vt supra. Oratio.

Presta quesum⁹ ompotēs deus: vt intercedēte btō vitale martyre tuo: et a cūctis aduersitatib⁹ muniamur in corpore: et a prauis cogitationibus mūdemur in mēte. Per d. Epla. Nemo militans deo. in cōi. fo. iiij. Alla.

Eccle bo. ℣. Sancti tui dñe florebūt sicut liliū: et sicut odor balsami erūt āte te. Seqn. Organicis canamus. in cōi. fol. iiij. Euāge. Ego sum vitis vera.

h. lxxxix. in cōi. fo. j. Offer. Repleti sumus mane misericordia tua: et exultauimus: et delectati sumus alleluya. Secreta.

Grata tibi dñe q̄sumus nostra sint munera: qb⁹ sancti vitalis martyris tui passio recolitur honorāda. Per do. Cōio.

Johā. xv. A. Ego sum vitis vera et vos palmites: q manet in me et ego in eo / hic fert fructū multum alleluya alleluya. Postcōio.

Quesumus oPs de⁹: vt munus diuinū qd sumpsim⁹ intercedēte beato vitale martyre tuo: salutari nobis proficiat affectu. Per dnm. ¶ In die apostolorum philippi et iacobi. Officium.

Psal. xxxij. Exclamauerūt ad te domine in tempore afflictionis sue: et tu de celo exaudisti eos alla alleluya. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui nos annua apostolorū tuorum philippi et iacobi solennitate letificas: presta quesumus: vt quorū gaudemus meritis: instruamur exēplis. Per dominum. Lectio libri sapientie.

Stabūt iusti in magna cōstantia aduersus eos q se angustiauerūt: et q abstulerūt labores illorum. Videntes autē turbabunt timore horribili: et mirabūtur in subitatiōe isperate salutis: dicētes intra se penitētiā agētes et pre angustia spūs gemētes. Hi sunt quos aliqn habuim⁹ in derisum: et in similitudinē iproperij Nos insensati / vitā illorum estimabam⁹ insaniā: et finē illorum sine honore. Ecce quō ergo cōputati sunt inter filios dei. Et iter sctōs: sors illorū est. Alla. ℣. Stabunt iusti in magna cōstātia: aduersus eos q se āgustiauerunt. Alla. ℣. Nōne cor nostrū ardēs erat in nobis de iesu dū loqretur nobis in via. Seqn. Clare sanctorum. in cōi. fo. ij. Secundū Johānem. c. v. A

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis Nō turbet cor vestrū. Creditis in deū: et i me credite In domo pris mei: māsiōes multe sunt. Si quominus dixissem vobis: qr vado parare vobis locum. Et si abiero et preparauero vobis locū: iterum veniā et accipiā vos ad meipm / vt vbi sum ego / et vos sitis. Et quo ego vado vos scitis: et viam scitis. Dixit ei thomas. Dñe: nescim⁹ quo vadis. Et quomodo possumus viā scire? Dixit ei iesus. Ego sum via: veritas / et vita. Nemo venit ad patrē: nisi per me. Si cognouissetis me: et patrē meū vtiq cognouissetis. Et amodo cognoscetis eū: et vidistis eum. Dixit ei philippus. Dñe / ostende nobis patrē: et sufficit nobis. Dixit ei iesus. Tāto tpe vobiscū sū: et nō cognouistis me? Philippe / q videt me: videt et patrē. Quō tu c. xiiij. A.

dicis: ostēde nobis patrē? Nō cre-
dis q2 ego in patre: et pater in me
est? Uerba que ego loquor vobis:
a meipso nō loquor. Pater autē
in me manens: ipse facit opa. Nō
creditis q2 ego in prē: et pater in
me est? Alioquin ꝓpter ipsa opa
credite. Amē amē dico vobis: qui
credit in me opa que ego facio et
ipse faciet: ⁊ maiora horū faciet/
q2 ego ad patrē vado. Et qdcūq3
petieritis patrē in noīe meo: hoc
ꝓ.lxxx faciā. Credo. Offert. Cōfitebūtur
viij. celi mirabilia tua dñe: etenim vitatē tuā
in ecclesia sctōrū alla alla. Secreta.

Deus ecclesie tue redēptor
atq3 pfector: da vt aplorū
tuorū philippi et iacobi precibus
paschalis sacramēti dona capia-
mus: quorū nobis magisterio ea
voluisti ꝑdicari. p d. Prefa. Et te
Johā. dñe. Cōio. Tāto tpe vobiscū sum ⁊ nō
xiiij. cognouistis me: philippe q̄ videt me vi-
C. det ⁊ patrē alla: nō credis q2 ego in prē
et pater in me est alla alla. Postcōio.

Paschale mysteriū recēsen-
tes/ btōr apostolor tuorū
philippi ⁊ iacobi dñe qs pcib9 fo-
ueamur: quor magisterio hoc co
gnouimus exequēdū. Per dñm.

In inuētione sctē crucis. Offi.

Gal. vi. A.
Nos autē glo-
riari opor-
tet in cruce
dñi nr̄i ie-
su christi: i
quo est sa-
lus/ vita/
et resurre-
ctio nr̄a: p
quē saluati et liberati sum9 alla
alla. ps Deus misereat nostri ⁊ bñdi ꝓ.lxvi
cat nobis illumiet vultū suū super nos
et misereat nostri. Kyrie Lux ⁊ ori-
go. Et dicit cū suis vsi. Oratio.

Deus q̄ in preclara saluti-
fere crucis inuētione: pas-
sionis tue miracula suscitasti/ cō
cede: vt vitalis ligni ꝑcio/ eterne
vite suffragia cōsequamur. Qui
viuis. Nulla fit mēo. de resur-
rectiōe sed de sctis martyrib9 ale-
xādro/ euētio/ et theodolo. Orō.

Presta q̄sum9 oīpotēs de9/
vt q̄ sanctor martyr tuo-
rū alexādri/ euētij ⁊ theodoli na-
talicia colim9: a cūctis malis imi
nentib9: eor intercessiōib9 libere-
mur. Per. Epla. Cōfido de vob[is].
in cōi. fo. iiij. Alla. V. Dulce lignū Ecce
dulces clauos dulcia ferēs pōdera: que vox.
sola fuisti digna sustinere regē celor et
dñm. Alleluya. V. Dicite in gētibus ꝓ.xcv.
quia dñs regnauit a ligno. Seq̄ntia.

Salue crux sancta arbor di
gna. Cui9 robur ꝑciosum:
mūdi ferret talētū. Ut hostis p li
gnū victor: ligno reuinceret. Qdq3
ex ortu mortis primis erat terri-
genis: paradiso ꝓpulsis. Causa
etiā vite foret cūctis: xp̄i morte ve
reuiuificat. Horrificū tu es semp
signū inimicis/ crux sacra seuis.
Quā mors pauet: infernusq3 ti-
met/ q̄ xp̄o suos recōsignat. Cui
sit laus in euum. Scdm iohānē.

In illo tpe. Erat hō ex pha- ca.iii.
riseis nichodemus nomie: A.
princeps iudeor. Hic venit ad ie-
sum nocte: et dixit ei. Rabbi: sci-
mus quia a deo venisti magister.
Nemo eni potest hec signa facere
que tu facis: nisi fuerit de9 cū eo.
Respondit iesus: ⁊ dixit ei. Amen

amen dico tibi: nisi quis renatus
fuerit denuo / nõ potest videre re-
gnũ dei. Dixit ad eũ nichodem⁹.
Quomodo potest homo renasci /
cũ sit senex? Nunqd potest in vẽ-
trẽ matris sue iterato introire / ⁊
renasci? Respondit iesus. Amen
amen dico tibi: nisi quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu sancto /
nõ potest introire in regnum dei.
Qđ natũ est ex carne: caro est. Et
qđ natũ est ex spũ: spirit⁹ est. Nõ
mireris: q₂ dixi tibi oportet vos
nasci denuo. Spũs vbi vult spi-
rat: ⁊ vocem ei⁹ audis: sed nescis
vnde veniat / aut quovadat. Sic
est oĩs: q̃ natus est ex spiritu. Re-
spondit nichodemus: et dixit ei.
Quomodo possunt hec fieri? Re
spõdit iesus: ⁊ dixit ei. Tu es ma
gister in isrl: ⁊ hec ignoras? Amẽ
amen dico tibi: q₂ qđ scimus / loq̃
mur. et qđ vidimus / testamur. et
testimoniũ nostrũ non accipitis.
Si terrena dixi vobis / ⁊ nõ credi
tis: quomodo si dixero vobis cele
stia / credetis? Et nemo ascendit
in celum / nisi qui descẽdit de celo:
filius hoĩs qui est in celo. Et sicut
moyses exaltauit serpentẽ in de-
serto / ita exaltari oportet filium
hominis: vt oĩs qui credit in ipso
nõ pereat: sed habeat vitam eter-
Eccle nã. Credo. Offr. Protege dñe ple-
oratio bẽ tuã p signũ sancte crucis: ab oib⁹ in-
sidijs inimicorũ omniũ / vt tibi gratam
exhibeamus seruitutem: et acceptabile
fiat tibi sacrificiũ nostrũ alla. Secre.
SAcrificiũ dñe qđ tibi imo-
lam⁹ placat⁹ intẽde: vt ab
oĩ nos exuat bellorũ nequicia: et p
vexillũ sctẽ crucis filij tui / ad cõ-
terẽdas potestates aereas / ⁊ ad-
uersariorũ isidias: nos in tue pte-
ctionis securitate cõstituat. Per
eundẽ. Alia secret. de martyrib⁹.
SUper has hostias q̃s dñe
bñdictio gl'iosa descendat:
que et sctificationẽ nobis clemẽ-
ter operetur / et de martyrũ tuorũ
alexãdri: euẽtij: ⁊ theodoli solẽni
tate nos letificet. prefa. Qui salu
tẽ humani. Cõio. Per lignum serui Eccle
facti sumus: ⁊ per sanctã crucẽ liberati oratio
sumus / fructus arboris seduxit nos: fi-
lius dei redemit nos alla. In vtroq₃ fe
sto finiatur cũ alleluya. Postcõio.
REpleti alimonia celesti: et
spiritali poculo recreati q̃s
oĩps deus: vt ab oĩ hoste maligno
defendas: quos p lignũ sctẽ cru-
cis filij tui arma iustitie / p salu-
te mũdi triumphare iussisti. Qui
tecũ vi. Alia postcõio de martyri.
SUmptis dñe munerib⁹ sa-
cris tribue q̃s: vt ad eadẽ
appetenda sctõrũ martyrũ tuorũ
alexãdri / euẽtij / ⁊ theodoli p̃cib⁹
et exẽplis / prõpti⁹ incitemur. p d.
¶ Johãnis añ portã latinã. Of.

IN medio ec- Eccli.
clesie aperu- xv. C.
it os ei⁹: et i-
pleuit eũ do
min⁹ spũ sapiẽtie ⁊ in-
tellectus: stola gl'ie in-
duit eũ. ps. Jocunditatẽ ⁊ exultatio- Codẽ.
nem thesaurizauit super eum. Oratio.
DEus q̃ cõspicis q₂ nos vn-
diq₃ mala nr̃a perturbãt /
p̃sta q̃s: vt bti iohãnis aplĩ tui et
euãgeliste itercessio gloriosa nos
ptegat. Per d. Lec. libri sapiẽtie.
QUi timet deũ: faciet bona. Eccli.
Et q̃ continẽs est iustitie / xv. A.
apprehẽdet illam: et obuiabit illi

quasi mater honorificata. Ciba-
bit illum pane vite ꝛ intellectus:
et aqua sapientie salutaris pota
bit illum. Et firmabitur in illo ꝛ
nõ flectet: et cõtinebit illũ ꝛ nõ
cõfundet: ꝛ exaltabit illum apud
proximos suos. In medio ecclesie
aperuit os eius: et impleuit eũ dñs
spiritu sapientie ꝛ intellectus / et
stola glie induit eũ. Jocunditatẽ
et exultationẽ: thesaurizauit sup
eũ. Et noie eterno hereditabit il-
Johã. vlt. G lum: dñs de⁹ noster. Alla. V. Hic
est discipulus ille qui testimoniũ perhi-
bet de his: ꝛ scimus qꝛ verũ est testimo
niũ eius. Seqntia. Laus deuota.
in cõi. fo. iij. Secundũ Johannẽ.
vlti. F In illo tpe. Dixit ies⁹ petro.
Sequere me. Cõuersus pe
trus: vidit illũ discipulũ quẽ dili
gebat iesus sequẽtẽ / q ꝛ recubuit
in cena supra pectus ei⁹ / et dixit.
Dñe: qs est q tradet te? Hũc ergo
cũ vidisset petr⁹: dixit iesu. Dñe:
hic autẽ quid? Dixit ei iesus. Sic
eum volo manere: donec veniã.
Quid ad te? Tu me seqre. Exijt
ergo sermo iste iter fratres: qꝛ di
scipulus ille nõ morit. Et nõ di-
xit ei iesus qꝛ nõ morit: sed sic eũ
volo manere donec veniã / qd ad
te? Hic est discipul⁹ ille / q testimo-
niũ perhibet de his: ꝛ scripsit hec
Et scimus: qꝛ verũ est testimoniũ
ps. xci. eius. Credo. Offer. Justus vt pal
ma florebit: sicut cedrus q in libano est
multiplicabitur alleluya. Secreta.
Sic nos dñe beati iohãnis
apsli tui ꝛ euãgeliste solen
nia tuis fac celebrare mysterijs:
vt q pdicauit / ꝛ credam⁹ pariter
Johã. vlt. G et sequamur. Per do. Prefat. Et
te dñe. Cõio. Exijt sermo iter fratres
qꝛ discipulus ille non moritur: ꝛ non di
xit iesus non moritur / sed sic eum volo
manere donec veniã. Postcõmunio.
Refecti dñe pane celesti: in-
tercedẽte btõ iohãne apsto
tuo et euãgelista: ad vitã qs nu-
triamur etnã. p do. Scti iohã-
nis de beuerlaco epi ꝛ cfes. Offm.
Statuit ei dominus te- Eccli. xlv.
stamẽtũ pacis / ꝛ prin-
cipem fecit eum: vt sit
illi sacerdotij dignitas
in eternum. ps. Misericordias do- ps. lxxxviij.
mini: in eternum cantabo. Oratio.
Da qs ops deus: vt beati io
hãnis confessoris tui atq
pontificis venerãda solẽnitas: et
deuotionẽ nobis augeat et salu-
tẽ. Per do. Epla. Justũ deduxit.
In cõi. fo. xiij. Alla. V. Amauit eũ ps. xx.
dñs ꝛ ornauit eum: stola glie induit eũ.
Seqn. Adest nobis dies. In cõi.
fo. xj. Euãge. Ego sum vitis va.
In cõi. fo. j. Offert. Ueritas mea et ps. lxxxviij.
misericordia mea cum ipso: ꝛ in nomine
meo exaltabitur cornu eius. Secreta.
Respice quesum⁹ dñe mune
ra populi tui in beati iohã
nis cfessoris tui atq põtificis ho
nore oblata: ꝛ tue testificatio veri
tatis nobis pficiat ad salutem.
Per do. Cõio. Fidelis seruus et pru- Mat. xxiiij.
dens: quẽ cõstituit domin⁹ sup familiã
suã: vt det illis in tẽpore tritici mẽsurã. D.
In tpe pascha. alleluya. Postcõio.
Quos tuis domine reficis sa
cramẽtis sancti iohannis
confessoris tui atq pontificis at
tolle benignus suffragijs: vt no
stre redemptionis effectum: ꝛ my
sterijs capiamus ꝛ moribus. Per
dominũ. Sanctor gordiani ꝛ
epimachi. Ad missam. Officium.

Psal. cxliiij. Sancti tui dñe bñdicent te: gloriã regni tui dicẽt allā. ps. Exaltabo te de⁹ me⁹ rex: ꝛ bñdicã nomini tuo in seculũ ꝛ in seculũ seculi. Oro.

Da q̃sumus oĩs de⁹: vt qui beatoꝝ martyꝝ tuoꝝ gordiani/ ꝛ epimachi/ solennia colimus: eoꝝ apud te intercessionib⁹ adiuuemur. Per dominũ. Epla. Justorũ aie. in cõi. fo. vij. Alla.
Ecce vox. ỷ. Sancti tui domie florebunt sicut lilium: ꝛ sicut odor balsami erũt ante te. Euãge. Ego sum vitis ꝛ vos pal
Psal. lxvij. mites. In cõi. fo. j. Offer. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel: ipse dabit virtutem et fortitudinẽ plebi sue benedictus deus alleluya. Secreta.

Presta q̃s dñe de⁹ noster: vt sicut in cõspectu tuo mors est preciosa sctõꝝ: ita eorũ merita venerãtiũ/ accepta tibi reddatur
Sap. iij. A. oblatio. p. Cõio. Justorũ aie in manu dei sunt: et nõ tãget illos tormẽtum malicie: visi sunt oculis insipiẽtiũ mori: illi autem sunt in pace. Postcõio.

Perfice q̃s dñe populũ tuũ spiritalib⁹ instrumentis: ꝛ quoꝝ tribuis solennia celebrare/ fac eorũ gaudijs interesse. Per d.

¶ Sanctoꝝ nerei/ ꝛ achilei/ atq̃ pancracij martyrum. Officium.

Psal. xxxij. Ecce oculi dñi super timẽtes eũ: sperãtes in mia eius allā: vt eripiat a morte aias eoꝝ qm̃ adiutor ꝛ protector noster est
Eodẽ. alleluya allā. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Oro.

Semp nos dñe sctõrũ martyꝝ tuoꝝ nerei/ ꝛ achillei/ atq̃ pãcracij foueat q̃s btã solẽnitas: et tuo dignos reddat obsequio. p d. Epla. Justi aũt imperpetuũ. in cõi. fo. vij. Alla. ỷ. Vox Psal. cxvij.
exultationis ꝛ salutis: in tabernaculis iustoꝝ. Euã. Ego sum vi. vos pal. ps. lxxxviij.
in cõi. fo. j. Offer. Cõfitebunt celi mirabilia tua dñe: etenim veritatẽ tuam in ecclesia sanctorũ allā allā. Secreta.

Sanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ nerei/ ꝛ achillei/ atq̃ pãcracij tibi dñe grata cõfessio/ et munera nostra cõmẽdet: ꝛ tuã nobis indulgentiã semp imploret. Per.
Cõio. Gaudete iusti i dño allā: rectos Psal.
decet collaudatio alleluya. Postcõio. xxxij.

Quesumus dñe de⁹ noster: vt btõrũ martyrũ tuorũ/ nerei/ ꝛ achillei/ atq̃ pãcratij deprecationibus sacramẽta sancta que sumpsimus: ad tue nobis pficiant placationis augmẽtũ. Per dñm. ¶ Sancti dũstani episcopi et cõfessoris. Ad missam. Officiũ.

Sacerdotes tui dñe induãt Psal.
iustitiã: ꝛ sctĩ tui exultẽt. cxxxj.
ppter dauid seruum tuũ: nõ auertas faciẽ christi tui allā.
ps. Memento dñe dauid: et omnis mã Eodẽ.
suetudinis eius. Cantus de Kyrie rex splendẽs. sine versu. Oratio.

Deus q̃ beatũ dũstanũ põtificẽ tuũ ad regna transtulisti celestia: da nobis p gloriosa eius merita/ ad gaudia transire perennia. Per. ¶ Memoria de sancta potẽtiana virgine. Oro.

Concede nobis q̃sumus oĩpotẽs deus/ sancte potentiane ỽginis tue: ꝛ exultare meritis: ꝛ bñficioꝝ eius attolli suffragijs. Per d. Epla. Ecce sacerdos magnus q̃ in dieb⁹ suis. In cõi.
fo. x. Gx. Jurauit dñs et nõ penitebit ps. cix.
eũ: tu es sacerdos in eternum secũdum

ordinẽ melchisedech. ℣. Dixit dñs dño meo: sede a dextr; meis. Alla. ℣. Posui adiutoriũ sup potẽtẽ: & exaltaui electũ de plebe mea. Seqn. Alma chorus. Euãge. Homo qdã pegre. in cõi. fo. xij. In tpe pascha. Euãge. Ego sum vitis vera. in cõi. fol. j. Offr. Inueni dauid seruum meũ: & in oleo sctõ meo vnxi eũ/ manus eñi mea auxiliabit ei: & brachiũ meũ cõfortabit eũ. In tpe pascha. alla. Secreta.

Suscipe qs dñe mũera supplicãtis familie tue: q tibi in beati dũstani ꝯfessoris tui atq põtificis solẽnitate deferim⁹: precantes/ vt eius patrocinio venerando adiuti: defendi mereamur ab omniũ inimicoꝝ insidijs. Per.

Alia secreta de sancta potẽtiana

Olocausta hec dñe tua bñdictione sctifica: vt sctẽ potẽtiane virginis tue tibi merit; accepta sint: in cui⁹ sunt veneratiõe
Mat. oblata. p d. Cõio. Dñe quinq talẽta
xxv. tradidisti michi: ecce alia quinq suplu
B. cratus sum/ euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. In tpe pascha. alleluya. Postcõio

Beati dũstani cõfessoris tui atq põtificis qsumus dñe precatione nos adiuua: in cuius veneratione/ tua cõtigimus sacramenta. Per dñm. Alia postcõmunio de sancta potentiana.

Sumptis dñe salutis eterne mysterijs: quesum⁹. vt intercedẽte beata potentiana virgine tua: ita nos tuis vti facias sacramentis: vt eternis mereamur interesse conuiuijs. Per dominũ. Sancti aldelmi episcopi & cõfessoris. Ad missaz. Offiũ.

Statuit ei dñs testamẽ Eccli.
tũ pacis/ & principẽ fe- xlv. D
cit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternũ.
In tpe pascha. alla alla. ps. Mise- ps. lxxx
ricordias dñi in eternũ cãtabo. Orõ. viij.

Deus qui hodierna die sanctum pontificẽ tuũ aldelmũ ad eterna subleuasti gaudia: eius qsum⁹ meritis/ illic tua nos perducat mia. Per. Memoria de sancto vrbano martyre. Orõ.

Da qs oĩps de⁹: vt q vrbi vrbani martyris tui/ atq põtificis natalicia colim⁹: ei⁹ interuẽtu nobis tribue veniã pctõr/ & cũ ipso celestiũ gaudia premioꝝ. p. Epla. Iustũ deduxit. in cõi. fo. xj
Grad. Dñe preuenisti eum in benedi- ps. xx.
ctionibus dulcedinis: posuisti in capite
eius coronã de lapide precioso. ℣. Vi- Eodẽ.
tam petijt: & tribuisti ei lõgitudinẽ dierũ in seculũ seculi. Alla. ℣. Iustus ger Psal.
minabit sicut liliũ: et florebit in eternũ xxxv.
ante dñm. Sequẽtia. Adest nobis. in cõi. fo. xj. Euãge. Vigilate q3. in cõi. fo. xij. In tpe pasch. Euã. Ego sũ vit; va. in cõi. fo. j. Offr.
Veritas mea & mia mea cum ipso: et in ps. lxxx
nomine meo exaltabitur cornu ei⁹. In viij.
tẽpore pascha. alleluya. Secreta.

His tibi precib⁹ dñe nr̃a qs grata reddat oblatio: pro cui⁹ festiuitate est imolata. p do.

Alia secreta de sancto vrbano.

Munera dñe qs tibi dicata sctifica: & intercedente btõ vrbano martyre tuo atq pontifice: p hec eadẽ nos placat⁹ intẽde.
Per d. Cõio. Beatus seru⁹ quẽ cũ ve Mat.
nerit dñs inuenerit vigilantẽ: amẽ dico xxiiij.
vobis sup oia bona sua constituet eum. D.
In tpe pascha. alla alla. Postcõio.

SOlennitatẽ q̃s dñe scti põ
tificis aldelmi celebrãtib⁹
adesto ppici⁹: ꝛ nobis ei⁹ meritis/
cõcede gaudia vite celestis. p do.
¶ Alia postcõio de sctõ Urbano.
SUmẽtes dñe sacramenta
celestia/ pietatem tuã hu
militer deuote deposcimus: vt il-
lam que in beato vrbano marty-
re tuo atqꝫ põtifice flagrauit for-
tem dilectionẽ: nobis benignus
aspires. Per dñm. ¶ Sancti au-
gustini anglorꝫ apostoli. Officiũ.

Dañ. iij. D. SAcerdotes dei
bñdicite dñm/
sancti ꝛ humi-
les corde laudate deũ.
Ibidẽ ps. Benedicite oĩa ope-
ra domini domino: lauda-
te et superexaltate eũ in secula. Orõ.
DEus qui beatũ augustinũ
pontificẽ primũ doctorem
populo cõcessisti anglorũ: tribue
nobis q̃s: vt cuius merita predi-
camus in terris: ei⁹ suffragia apd
te sentiamus in celis. Per. Epl'a.
Eccli. Dedit dñs. in cõi. fo. xij. Gr. Ecce
xliiij. sacerdos magnus: qui in dieb⁹ suis pla
C. cuit deo. V. Non est inuentus similis il
li: qui ꝯseruaret legẽ excelsi. Alla. V.
Eccle Amauit eũ dñs ꝛ ornauit eũ: stola glie
box. induit eum. Seq̃n. Alma chorus.
in cõmuni. fo. xj. Scdm Lucam.
c. x. A. IN illo tẽpore. Designauit
domin⁹ et alios septuagin
ta duos/ ꝛ misit illos binos ante
faciẽ suã/ in omnẽ ciuitatẽ et lo-
cum: quo erat ipse ventur⁹. Et di-
cebat illis. Messis quidẽ multa:
operarij aũt pauci. Rogate ergo
dñm messis: vt mittat operarios
in messem suã. Ite. Ecce ego mit
to vos sicut agnos inter lupos.

Nolite ergo portare sacculũ neqꝫ
perã neqꝫ calciamẽta: ꝛ neminẽ p
viã salutaueritis. In quãcũqꝫ do
mũ itraueritis: primũ dicite. Pax
huic domui. Et si ibi fuerit filius
pacis: requiescet super illum pax
vestra. Sin autẽ: ad vos reuerte-
tur. In eadẽ autẽ domo manete:
edentes et bibẽtes que apud illos
sunt. Dignus est eñ operarius:
mercede sua. In tẽpore paschali.
Euãge. Ego sum vitis. Ba. in cõ-
muni. fo. j. Credo. Offert. Inue- ps. lxxx
ni dauid seruum meũ: et in oleo sancto viij.
vnxi eum. manus enim mea auxiliabi-
tur ei: et brachiũ meũ confortabit eum.
In tpe pascha. alleluya. Secreta.
GRata tibi sint dñe q̃s obla
ta munera: qb⁹ ꝛ bti augu
stini cõfessoris tui atqꝫ pontificis
merita veneramur: ꝛ nr̃e pariter
recolim⁹ isignia libertatis ꝛ vite.
Per d. Cõio. Fidelis seru⁹ ꝛ prudẽs: Mat.
quẽ cõstituit dñs sup familiã suam: vt xxiiij.
det illis in tẽpore tritici mẽsuram. In D.
tpe pascha. alleluya alla. Postcõio.
SAncta tua q̃s dñe que pro
beati augustini cõfessoris
tui atqꝫ pontificis hodierna solẽ-
tate libauim⁹/ nos refoueant: q-
bus ꝛ iugit satiemur: ꝛ semp desi
deremus expleri. Per. ¶ Sancti
germani epi ꝛ confessoris. Offiñ.
STatuit ei dominus te Eccli.
stamẽtũ pacis/ ꝛ prin- xlv. D
cipem fecit eum: vt sit
illi sacerdotij dignitas
in eternũ. In tpe pasc. alla alla.
ps. Mias dñi: in eternũ cãtabo. Orõ. ps. lxxx
OMñs sempiterne deus: qui viij.
nos bti germani cõfessoris
tui atqꝫ põtificis hodierna festiui
tate letificas: tuã supplices exo-

ramus clemētiā: vt cuius solen=
nia deuotis officijs veneramur:
ei⁹ pijs suffragijs / eterne vite re=
media ꝯsequamur. Per d. Epla.
Ecce sacerd. magnus q̄ in diebus
ps. cix. suis. in cōi. fo. xj. Gr. Iurauit dn̄s
et nō penitebit eū: tu es sacerdos i eter=
num secūdum ordinē melchisedech. V.
Ibidē Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dext. meis.
Alleluya. V. Disposui testamentum
electis meis: iuraui dauid seruo meo.
Euāgel. Homo q̄dā pegre. in cōi.
fo. xij. In tpe. pasc. Euāge. Ego
sum vitis va. In cōi. fo. j. Offer.
ps. lxxx viij. Ueritas mea et mia mea cū ipso: et in
nomine meo exaltabit cornu eius. In
tēpore pascha. alleluya. Secreta.

Propiciare dn̄e quesumus
supplicationib⁹ nostris: et
intercedēte p nobis beato germa
no confessore tuo atq; pontifice:
his sacramētis celestibus seruiē=
tes: ab omni culpa liberos esse cō
cede: vt purificante nos gr̄a tua:
iisdem q̄bus famulamur myste=
rijs emundemur. Per dominum.
Mat. xxiiij. D. Cōio. Beatus seruus quē cū venerit
dn̄s inuenerit vigilantē: amen dico vo
bis sup oia bona sua constituet eū. In
tēpore pascha. all'a all'a. Postcōio.

Presta quesumus dn̄e deus
noster: vt diuinis myste=
rijs expiati / intercedēte btō ger=
mano cōfessore tuo atq; pōtifice:
ad supni plenitudinē sacramēti /
cuius libauim⁹ sancta tēdamus.
Per dominū. ¶ Sācte petronille
virginis. Ad missam. Officium.

Psal. xliiij. Dilexisti iustitiā ⁊ odi=
sti iniquitatē: ppterea
vnxit te de⁹ de⁹ tuus /
oleo leticie pre ꝯsortib⁹
tuis. In tpe pasc. all'a all'a all'a.
ps. Eructauit cor meū verbū bonum: Eodē.
dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui beate petronille
virginis tue animā in cele
stibus collocasti: fac nos ei⁹ inter
uentu a peccatorū nostrorū nexi=
bus solui et ab oī semper aduersi
tate defendi. Per. Epla. Qui glo
riatur. In cōi. fo. xvj. Grad. Dile
xisti iustitiā et odisti iniquitatem. V.
Propterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo Psal. xliiij.
leticie. Alleluya. V. Specie tua ⁊ pul
chritudine tua: intende prospere pcede et oia infra.
et regna. Euāg. Simile est regnū
celorū decē virginibus. in cōi. fo.
xvj. Offer. Offerentur regi virgines
post eam: proxime eius offerentur tibi.
In tpe pascha. alleluya. Secreta.

Sacrificiū quod tue offeri=
mus maiestati / clemētissi
me deus placat⁹ suscipe: ⁊ p meri
ta btē petronille gl'ose virginis
tue: p̄sentis vite subsidiū / ⁊ futu=
re: felicitatem cōcede. Per. Cōio.
Diffusa est gr̄a in labijs tuis: ppterea Psal. xliiij.
bn̄dixit te deus in eternū. In tpe pa=
schali alleluya alleluya. Postcōio.

Perceptis dn̄e salutaribus
alimētis: q̄s / vt intercedē=
te beata petronilla virgine tua:
per hec pficere ad gaudia mereā
mur eterna. Per dn̄m. ¶ Sancti
nichomedis martyris. Officiū.

Letabit iustus i dn̄o et ps. lxiij
sperabit in eo: ⁊ lauda
buntur oēs recti corde
In tpe pasc. all'a all'a.
ps. Exaudi de⁹ orōnē meā cū deprecor: a Ibidē
timore inimici eripe aiam meā. Orō.

Deus qui nos beati nicho
medis martyris tui meri
tis ⁊ intercessione letificas: ꝯcede
ppitius: vt qui ei⁹ bn̄ficia posci

mus: dono tue gratie consequamur. Per. Epla. Beat⁹ vir qui in sapiētia. in cōmuni. fo. iiij. Grad.
ps. cxj. Beatus vir qui timet dñm: in mādatis
Ibidē eius cupit nimis. V⁹. Potens in terra erit semen eius: generatio rectoꝝ benedicetur.
ps. xx. Alleluya. V. Posuisti domie super caput eius: coronā de lapide precioso. Euāge. Si q̄s vult post me. in cōi. fol. v. In tpe pascha. Ego sum vitis vera. in cōi. fo. j. Offr.
ps. xx. In virtute tua domie letabit iustus: et sup salutare tuū exultabit vehementer: desiderium aie ei⁹ tribuisti ei. In tpe paschali alleluya alla. Secreta.

Munera dñe oblata sctifica et intercedente btō nichomede martyre tuo / nos per hec a pctōꝝ nostroꝝ maculis emunda.
ps. xx. Per. Cōio. Posuisti dñe in capite ei⁹: coronā de lapide precioso. Postcōio.

Supplices te rogamus oīps deus: vt quos tuis reficis sacramētis / itercedēte beato nichomede martyre tuo: tibi etiam placitis moribus dignāter deseruire cōcedas. Per d. ¶ Sanctoꝝ marcellini et petri marty. Offm.

Psal. xxxiij. Clamauerunt iusti / et dñs exaudiuit eos: et ex oib⁹ tribulationib⁹ eoꝝ liberauit eos. In
Eodē. tpe pasc. alla. ps. Bñdicā dñm in oi tpe: semp laus eius in ore meo. Orō.

Deus q̄ nos annua beatoꝝ martyꝝ tuoꝝ marcellini et petri solēnitate letificas: pста q̄s: vt quoꝝ gaudem⁹ meritis / puocemur exēplis. Per do. Lectio libri apocalipsis bti iohānis aplī.
c. vij. C. In diebus illis. Respondēs vnus de seniorib⁹: dixit michi. Hi q̄ amicti sunt stolis albis: qui sunt / et vnde venerūt? Et dixi illi. Dñe mi / tu scis. Et dixit michi. Hi sunt q̄ venerūt de tribulatione magna: et lauerūt stolas suas / et dealbauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt ante thronum dei / et seruiūt ei die ac nocte in tēplo ei⁹: et qui sedet in throno habitabit sup illos. Nō esurient neqꝫ sitiēt ampli⁹: neqꝫ cadet sup illos sol / neqꝫ vll⁹ estus. Quoniā agn⁹ q̄ in medio throni est / reget illos: et deducet eos ad vite fōtes aquarū. Et absterget deus oēm lachrymā: ab oculis eorū. Grad.
Iustorū aie in manu dei sunt: et nō tāget illos tormentum malicie. V⁹. Uisi sunt oculis insipientiū mori: illi autem sunt in pace. Alla. V. Mirabilis dñs noster in sanct[is] suis. Euāg. Cū audieritis. in cōi. fo. viij. In tpe pascha. Euā. Ego sum vit[is] vos palmi. i cōi. fo. j. Offr. Letamini i dño et exultate iusti: et gloriamini oēs recti corde. In tpe pasch. alla. Secreta. Sap. iij. Psal. lxvij.

Uotiua domine dona deferentes / in tuorū martyrū marcellini et petri passione / tuā magnificentiā veneramur: et per ea nobis imploramus tue pietatis auxiliū. Per do. Cōio. Iustorū anime i manu dei sunt: et nō tāget illos tormentū malicie / visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. In tpe pascha. alla alla. Postcōio Sap. iij.

Protegat dñe q̄s populum tuū: et participatio celestis indulta cōuiuij: et deprecatio collata sctōꝝ. Per do. ¶ Sancti bonifacij sociorūqꝫ eius. Officium.

Sancti tui dñe bñdicent te: gloriā regni tui dicēt alleluya. ps. Exaltabo te deus Psal. cxliiij.

meus rex: et benedicā nomini tuo in se-
culum et in seculum seculi. Oratio.
Omnipotens sempiterne de⁹: q̄ btō
bonifacio socijsq̄ eius pal-
mā martyrij cōtulisti: p̄sta nobis
q̄s eoꝝ meritis indulgentiā: q̄ eis
largiri dignatus es coronā. p dñ.
Epla. Spectaculū. in cōi. fo. viij.
Psal. Gr. Clamauerūt iusti ⁊ dñs exaudi-
xxxi. uit eos: et ex oībus tribulatiōibus eoꝝ
liberauit eos. V. Iuxta est dñs his qui
tribulato sunt corde: ⁊ humiles spiritu
saluabit. Alla. V. Sancti tui dñe flo
rebūt sicut lilium: ⁊ sicut odor balsami
erūt ante te. Euāge. Cū p̄sequent.
in cōi. fo. viij. In tēpore paschali
Euā. Ego sum vitis vos palmi.
P. lxxx in cōi. fo. j. Offr. Cōfitebunt celi mi
viij. rabilia tua dñe: etenim veritatē tuā in ec
clesia sanctoꝝ alleluya alla. Secreta.
Oblationē famuloꝝ tuoꝝ
suscipe omnipotens deus:
quā tibi suppliciter deferim⁹ in ho-
nore bti bonifacij martyris socio
rūq̄ ei⁹. vt q̄ tibi semetipsos obtu
lerūt: hostiā laudis in odorē sua-
uitatis: eoꝝ precib⁹ vniri merea-
mur vnigenito filio tuo dño no-
stro iesu christo. Qui tecū. Cōio.
Psal. Gaudete iusti in dño alla. rectos decet
xxxij. collaudatio. alleluya alla. Postcōio.
Tua nos mia de⁹: p hec sa-
cramēta q̄ sumpsim⁹ inter-
cedente beato bonifacio martyre
tuo socijsq̄ ei⁹: ⁊ ab oī surreptio-
ne vetustatis expurget: et capa-
ces sancte nouitatis efficiat. Per
dominū. ¶ Sanctoꝝ medardi
et gildardi episcopoꝝ. Officium.
Psal. Sacerdotes ei⁹ induant
cxxxi. salutari: et sancti eius
exultatiōe exultabūt.
In tpe pascha. alla al
leluya. Ps. Memento domine dauid: ⁊ Eodē.
omnis mansuetudinis eius. Oratio.
Deus q̄ sanctā nob̄ huius
diei solennitatē in honore
sanctoꝝ cōfessoꝝ tuoꝝ atq̄ pō-
tificū medardi ⁊ gildardi ꝯsecra
sti: adesto familie tue p̄cib⁹ et do
na. vt quoꝝ festa celebram⁹: eo-
rū merito ⁊ auxilio subleuemur.
Per do. Epla. Plures facti sunt.
in cōi. fol. xiiij. Grad. Sacerdotes Psal.
eius induant salutare: et sancti ei⁹ exul cxxxi.
tatione exultabunt. V. Illuc pducam
cornu dauid: paraui lucernā xp̄o meo.
Alleluya. V. Fulgebūt iusti: et tanq̄ Sap.
scintille in arundineto discurrēt in eter iij. A.
nū. Euāge. Sint lumbi. in cōi. fo.
xiiij. In tēpore paschali. Euāge.
Ego sum vitis vos palmi. in cōi.
fo. j. Offer. Exultabunt sancti in glo- Psal.
ria: letabūtur in cubilibus suis: exulta cxlix.
tiones dei in faucibus eorum. In tē-
pore paschali. alla alla. Secreta.
Respice dñe q̄sumus popu-
lum tuū ad tua sacramēta
currentē: et presentē festiuitatem
sanctoꝝ confessoꝝ tuoꝝ atq̄ pō
tificū medardi et gildardi: vt qd
in honore nominis tui detulerūt:
cunctis proficiat ad veniam. Per
dominū. Cōmunio. Ego vos elegi Iohā.
de mundo vt eatis et fructum affera- xv. C.
tis: et fructus vester maneat. In tē-
pore pascha. alla alla. Postcōio.
Gratias tibi agim⁹ domine
deus noster: qui nos celesti
medela reparare dignatus es: da
quesum⁹ peccatis nostris veniā:
sicut beatis ꝯfessoribus tuis atq̄
pontificib⁹ medardo et gildardo
dedisti sedē pontificatus. Per do.
¶ In translatione sancti edmūdi
archiepi. Ad missam. Officiū.

Eccle vox. Gaudeam⁹ oēs in dño/ diem festum celebrantes sub honore edmūdi presulis: de cui⁹ trāslatione gaudēt angeli/ et collaudant filiū dei. Psal. xxxij. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Oro.

Deus q̄ nos bti edmūdi cōfessoris tui atq; pontificis translationē celebrare cōcedis: te supplices exoramus: vt ei⁹ meritis ꝛ precib⁹: a vicijs ad virtutes: et a carcere transferamur ad regnū. Per. ¶ Memoria de martyribus primo ꝛ feliciano. Oratio.

Fac nos q̄s domie sanctoꝝ martyrū tuoꝝ primi et feliciani semper festa sectari: quoꝝ suffragijs protectionis tue dona sentiamus. Per dominū. Epla. Ecce sacerdos magnus q̄ in vita ps. xx. sua. in cōi. fo. xj. Gr. Dñe preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide Ibidē precioso. V. Uitam petijt ꝛ tribuisti ei/ longitudinē dieꝝ in seculū scli. Alla.

Eccle vox. V. Hic edmūdus pauper ꝛ modicus: celum diues ingredit hymnis celestibus honoratur. Sequē. Alma chorus. in cōi. fo. xj. Euā. Homo qdā pe. in cōi. fo. xj. In tpe pasc. euāgel. Ego sum vitis vera. in cōi. fol. j.

p. lxxx viij. Offert. Ueritas mea et misericordia mea cū ipso: ꝛ in noie meo exaltabit cornu eius. In tpe pasc. alla. Secreta

Deus qui panē ꝛ vinum in corpus tuum ꝛ sanguinē/ celesti benedictione cōuertis: concede nobis p merita beati edmundi confessoris tui atq; pontificis. vt ad tuam misericordiā reuertentes: tuo beneplacito cōfirmemur. Per dñm. Alia secreta de marty.

Fiat tibi dñe q̄s hostia sacrāda placabilis preciosorū celebritate martyꝝ tuorū primi ꝛ feliciani: que per eoꝝ merita gliosa/ ꝛ pctā nostra purificet: et tuoꝝ tibi vota cōciliet famulorū. Per d. Cōio. Beatus seru⁹ quē cū venerit dñs inuenerit vigilantē: amē dico vobis sup oia bona sua constituet eum. Mat. xxiiij. V. In tpe pasch. alla alla. Postcōio.

Deus q̄ beatū edmundū cōfessorē tuū atq; pontificē: a supplicijs ad gaudia transtulisti: tribue q̄s. vt q̄ trāslationē ei⁹ veneramur in terris: per eius patrocinium ad celestia trāsferamur. Per. Alia postcō. de martyribus.

Quesum⁹ oīs de⁹: vt sctoꝝ martyrū tuorū primi et feliciani celestib⁹ mysterijs celebrata solennitas: indulgentiā nobis tue ppiciationis acquirat. Per d.

¶ Sancti barnabe apli. Officiū.

Michi aūt nimis honorati sunt amici tui de⁹ nimis confortat⁹ est principat⁹ eoꝝ. p. cxxx viij. ps. Dñe pbasti me ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā ꝛ resurrectionem meā. Oro. Ibidē

Ecclesiā tuā q̄s dñe bti barnabe apli tui cōmēdet oro: et p ea interuētor existat: quā doctrina ꝛ passiōe illustrat. p. Epla. Jā nō estis. in cōi. fo. j. Gr. Nimis honorati sunt amici tui de⁹: nimis confortatus est principat⁹ eorū. V. Dinumerabo eos: ꝛ sup arenā multiplicabunt. p. cxxx viij. Ibidē

Alleluya. V. In omnē terrā exiuit sonus eorū: et in fines orbis terre verba eorum. Sequn. Alleluya nūc decātet. in cōi. fo. ij. Scdm iohannē. Psal. xviij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Hoc est prece- ca. xv. B.

ptũ meũ: vt diligatis inuicẽ sicut dilexi vos. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet: vt animã suã ponat qs p amicis suis. Uos amici mei estis: si feceritis q ego p̃cipio vobis. Jã nõ dicã vos seruos: q2 seruus nescit qd faciat dñs eius. Uos aũt dixi amicos: q2 oia q̃cũq3 audiui a p̃re meo nota feci vobis. Nõ vos me elegistis: sed ego elegi vos et posui vos vt eatis et fructũ afferatis / z fructus vester maneat. Ut qdcũq3 petieritis patrẽ i noie meo: det vobis. Credo.

Ps. cxxxviij. Ofert. Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorũ. Secreta.

PLacationis tibi dñe sacrificiũ in hac beatissimi barnabe apli tui solẽnitate deferim⁹ cuius nos precib⁹ hec redẽptiõis nostre suffragia / et intelligere qs cõcedas z assequi. Per d. Prefa. Et

Mat. xix. D te dñe. Cõio. Uos qui secuti estis me sedebitis sup sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dñs. Postcõio.

SAcramẽta celestia q p btĩ barnabe apli tui passione dñe tue obtulim⁹ maiestati: ipsi⁹ nobis qs fiãt intercessiõe salutaria / in cui⁹ natalicio sunt pcepta. Per d. ¶ Sctõr basilidis / cirini / naboris / z nazarij martyr. Offi.

Ps. lxxviij. INtret in cõspectu tuo dñe gemit⁹ cõpeditorũ redde vicinis nr̃is septuplũ in sinu eorũ vindica sanguinẽ sctõr tuor q effusus

Eodẽ. est. Ps. De⁹ venerũt gẽtes in hereditatẽ tuã: polluerũt tẽplũ sctm̃ tuũ / posuerunt hierlm̃ in pomor custodiã. Orõ.

SAnctor martyr tuor basilidis / cirini / naboris / et nazarijqs domie natalicia nobis votiua resplẽdeãt: z qd illis cõtulit excellẽtia sempitna: fructibus nr̃e deuotiõis accrescat. p d. Epla

Justor aie. in cõi. fo. vij. Gr. Uin Ps. lxxviij. dica dñe sanguinẽ sctõr tuor q effusus est. V. Posuerũt mortalia seruor tuor escas volatilib⁹ celi: carnes sctõr tuor bestijs terre. Alla. V. Justi epulẽtur et exultẽt in cõspectu dei: z delectentur in leticia. Euãge. Ecce ego mitto.

Psal. cxlix. in cõi. fo. ij. Offr. Exultabũt sctĩ in gl̃ia: letabunt in cubilib⁹ suis exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

DA nobis q̃sumus dñe pure deuotionis affectũ: z sctõrum martyr tuor basilidis / cirini / naboris / et nazarij intercessionibus: etiã nostra munera propicius ituere. Per d. Cõio. Posuerũt

Ps. lxxviij. mortalia seruor tuorũ dñe escas volatilib⁹ celi: carnes sctõr tuor bestijs terre. scd̃m magnitudinẽ brachij tui posside filios mortipunitorum. Postcõio.

DIuinis sacramẽtis refecti qs dñe de⁹ nr̃ vt sctõr martyrũ tuor basilidis / cirini / naboris / z nazarij intercessiõib⁹: gaudijs mereamur iteresse celestib⁹. p. ¶ Scti basilij epi z cõf. Offi.

Eccli. xlv. D STatuit ei dñs testamẽtũ pacis / z principẽ fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternũ.

Ps. lxxxviij. Ps. Mias dñi in eternũ cãtabo. Orõ.

DEus qui beatũ basiliũ cõfessorẽ tuum doctorẽ precipuum / catholiceq3 fidei predicatorẽ eligere dignatus es: p̃sta qs: vt ipso p nobis intercedẽte pctõr nostror mereamur erui malis: z tibi dño sinceris mẽtib⁹ deseruire. Per dñz. Epla. Ecce sacerdos

p̄s.xx. magnus. in cõi.fo.x. Gr. Dñe preuenisti eũ in bn̄dictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide
Eodē. precioso. V. Uitã petijt: et tribuisti ei longitudinē dierũ in sclm scli. Alla.
Esaye xxxv. A. V. Justus germiabit sicut liliũ: ꝛ flore bit in eternũ ante dñm. Euã. Homo qdã pegre. in cõi. fo. xij. Offr. Ue
p̄.lxxx viij. ritas mea ꝛ mia mea cũ ipso: et in noie meo exaltabitur cornu eius. Secreta

Sancti basilij cõfessoris tui atqꝫ põtificis supplicatione munus oblatũ: dñe q̄s fiat nobis in ppetuũ salutare. p. Cõio.
Mat. xxiiij. D. Btũs seru⁹ quē cũ venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis: super oia bona sua constituet eũ. Postcõio.

Sumptũ dñe celestis remedij sacramētũ: ad ppetuã nobis puenire gratiã / vti basilij cõfessoris tui atqꝫ pontificis obtineat itercessio gl'iosa. p. ¶ Sctõr viti ꝛ modesti atqꝫ cre. mar. Offi.
Psal. lxvij. Iusti epulentur ꝛ exultent in conspectu dei: et delectenť in leticia. p̄s.
Ibidē Exurgat deus et dissipentur inimici eius: ꝛ fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Concede q̄s oñs de⁹: vt sctõrũ martyr tuor viti ꝛ modesti / atqꝫ crescētie / quor celebramus victorias participemur ꝛ p̄mijs. p d. Epl'a. Iusti aũt. in cõi.
Psal. xxxiij. fo. vij. Gr. Clamauerunt iusti ꝛ dñs exaudiuit eos: ꝛ ex oib⁹ tribulationib⁹
Ibidē eorum liberauit eos. V. Iuxta est dñs his qui tribulato sunt corde: ꝛ humiles
Psal. lxvij. spũ saluabit. Alla. V. Mirabilis dñs noster in sanctis suis. Scdm Lucã.
ca. xj. G. In illo tpe. Dicebat ies⁹ turbis iudeor: ꝛ pricipib⁹ phariseor. Ue vobis q̄ edificatis monmēta pphetarũ: pres autē vestri occiderũt illos. Profecto testificamini: q cõsentitis operib⁹ patrũ vestror. Qm̄ qdē ipsi eos occiderũt: vos autē edificatis eor sepulchra. Propterea ꝛ sapiētia dei dixit. Mittã ad eos pphetas: ꝛ apostolos / ꝛ ex illis occidēt ꝛ psequētur: vt inqrať sanguis oim pphetarũ q̄ effusus est a cstitutiõe mũdi a generatione ista / a sanguine abel iusti vsqꝫ ad sanguinē zacharie / q̄ perijt inter altare et edem. Ita dico vobis: reqretur ab hac generatiõe. Ue vobis legisperitis qui abstulistis clauem scientie: et ipsi nõ introistis / et eos q̄ introibant phibuistis. Cũ hec ad illos diceret: ceperũt pharisei ꝛ legisperiti grauiter insistere ꝛ os ei⁹: opprimere / de multis insidiãtes ei. Et q̄rētes capere aliqd ex ore ei⁹: vt accusarēt eũ. Offer. Gloriabunť p̄s. v.
in te oēs qui diligũt nomen tuũ: qm̄ tu dñe bn̄dices iusto / dñe vt scuto bone voluntatis tue coronasti uos. Secreta.

Propici⁹ esto dñe supplicatiõib⁹ nr̄is: ꝛ ppli tui oblatiõib⁹ p̄cibusqꝫ susceptꝫ: itercessione sctõr martyr tuor viti ꝛ modesti atqꝫ crescentie / nr̄a ad te corda cõuerte: vt a terrenis cupiditatibus liberi: ad celestia desideria trãseamus. p d. Cõio. Aia nr̄a sicut Psal. cxxv.
passer repta est de laqo venãtiũ: laque⁹ cõtrit⁹ est ꝛ nos liberati sum⁹. Postcõ.

et sempiterne scē trinitatis eius-**

demqꝫ indiuidue vnitatis confessio. ℭ Alia post cōmunio sub vno Oremus. ⁊ sub vno Per dñm.

Quesumus oipotēs deus: instituta prouidentie tue pio amore comitare: vt quos legitima societate connectis: longeua pace custodias. Per dñm. Post missam benedicat panis et vinū / vel aliqd bonū potabile in vasculo / ⁊ gustent in nomie dñi sacerdote dicēte Dñs vobiscum. Et cum spū tuo. Oremus. Oro.

Bene ✠ dic dñe istum panē et hūc potū ⁊ hoc vasculū sicut bñdixisti qnqꝫ panes in deserto / ⁊ sex hydrias in chana galilee: vt sint sani / sobrij / atqꝫ imaculati oēs gustātes ex eis saluator mundi. Qui viuis et regnas cū deo pre in vnitate spūsscti de⁹ Per. ℭ Nocte vero sequēte cum sponsus ⁊ sponsa ad lectū uenerint: accedat sacerdos ⁊ benedicat thalamū dicēs Dñs vobiscū Et cū spiritu tuo. Orem⁹. Oro.

Bene ✠ dic dñe thalamū istū ⁊ oēs habitātes in eo: vt in tua pace cōsistant / ⁊ in tua volūtate pmaneāt ⁊ in tuo amore viuāt ⁊ crescāt ⁊ multiplicent in lōgitudinē dierū. p xp̄z. Bñdictio sup lectū tm̄ cū Dñs vobiscū Et cum spū tuo. Oremus. Oro.

Bene ✠ dic dñe hoc cubiculum q̄ nō dormis neqꝫ dormitas qui custodis israel custodi famulos tuos in hoc lecto quiescētes ab oīb⁹ fantasmaticis: demonū illusionib⁹ custodi eos vigilātes: vt in pceptis tuis meditentur dormiētes / vt te p soporē sentiāt: ⁊ hic ⁊ vbiqꝫ defensionis tue semp muniātur auxilio. Per dñm. Deinde fiat benedictio sup eos in lecto cum Oremus. Oro.

Bene ✠ dicat deus corpora vestra ⁊ aias vestras: ⁊ det super vos bene ✠ dictionem sicut benedixit abrahā / ysaac / ⁊ iacob. ℟. Amen. Item alia benedictio super eos cum Oremus.

Manus domini sit sup vos: mittatqꝫ angelū suū sanctum: qui custodiat ⁊ foueat vos omnibus diebus vite vestre. ℟. Amen. Item alia benedictio super eos cum Oremus. Oratio.

Bene ✠ dicat vos pater et filius ⁊ spūsscūs: q̄ trinus est in numero / ⁊ vnus in nomie. ℟. Amē. His peractis aspergat eos sacerdos aqua bñdicta: et sic discedat ⁊ dimittat eos in pace.

ℭ Missa ad honorē virginis gloriose p mulierib⁹ p̄gnātib⁹ / aut alias in ptu laborātib⁹. Officiū.

Alma virgo virginum scā dei gēitrix p deuotis porrige ācillis tuis p̄ces obnix as ad filiū q̄ parturiētiū benigna es auxiliatrix. Ps. Jurauit dñs dauid veritatē et nō frustrabit eum: de fructu ventris tui ponā sup sedem tuā. Gloria. Oro. Eccli. Psal. cxxxi.

Exaudi clemētissime pater deprecationē serui tui pro pauperib⁹ ancillis tuis in ptu nūc aut in posterū laborātib⁹ / maiestati tue deuotissime supplicātis vt quēadmodū tua eas prudentia cōcipe decreuisti: ita ipa bñdictione tua preambula: ad laudē tui sacri nomis virgine gloriosa suffragāte celeriter iubeas expedire. Per do. Lectio libri genesis

Missa p mulie. pregnātibus.

ca.iii. IN dieb⁹ illis. Dixit dñs ad
adā. Nūqd ex ligno de quo
tibi pceperā ne comederes / come
disti? Dixitq adam. Mulier quā
dedisti michi sociā dedit michi de
ligno: ⁊ comedi. Et dixit dñs ad
mulierē. Quare hoc fecisti. Que
respōdit. Serpens decepit me: ⁊
comedi. Et ait dñs ad serpentē.
Qr fecisti hoc / maledict⁹ es iter
oīa animātia: ⁊ bestias terre.
Inimicitias ponā inter te ⁊ mu
lierē: ⁊ semē tuū et semē illi⁹. Et
ipsa cōteret caput tuū: ⁊ tu insi-
diaberis calcaneo eius. Mulieri
quoq dixit. Multiplicabo erum
nas tuas: ⁊ cōcept⁹ tuos. In do
lore paries / et sub viri potestate
eris: ⁊ ipse dñabit tibi. Ade vero
dñs dixit. Qr audisti vocē vxoris
tue: maledicta terra in ope tuo.
In laborib⁹ comedes ex ea cun-
ctis dieb⁹ vite tue. In sudore vul
tus tui vesceris pane tuo: donec
reuertaris in terrā de qua sum-
ptus es. Qr puluis es ⁊ in pulue
Eccli. rē reuerteris. Gr. Ecce virgo cōce
pit ⁊ absq dolore peperit nobis filium
cuius nomē vocatus est iesus. V. Qui
sicut pluuia in vellus: ita in vterū vir-
ginis descendit ⁊ velut sol porta clau-
sa ex vtero virginali ad nos introiuit.
Alla. V. Ad tuū o maria cōfugiunt
presidium pauperes in partu laboran-
tes: quas suis queso nō despicias in ne
cessitatib⁹ / sed a piculis cunctis libera
eas virgo semp bñdicta. Sequētia.
O Ancilla xpi maria mat dei
pauperē exaudi petōrē ad
te desuspirātē: ne matrū in vte-
ro pielitent ifantuli. Qui pter
defectū baptismi macula irreti-
ti originali in lībus cdescēdūt q
pars est iferni. Maria itaq mise
ris succurre puerulis / q p grau
ade prothoplaustor nebula visiōe
dei ibi carēt perpetua. O iudicia
dei abyssus multa: q licet sine cul
pa pereāt: nō tñ sine causa. Quā
igitur pniciosus pomi vetiti eue
fuit morsus: quo mors posteris
sic cludebat. Sed o q felix fuit ⁊
letabūd⁹ o maria iter te ⁊ ange-
lū dialog⁹: quo vita orbi toti orie
bat. Pre ceteris autē tuus videt
splendescere vtissim⁹ absq dolo-
re part⁹. Per quē eue maledictio
est soluta: nec minus bñdictio est
mulierib⁹ cūctis cdonata. Ad quē
ergo cfugiēt desolate pregnātes
nisi ad te cūctarū csolatrix cū la
chrymis gemētes? Audi eas vir-
go imaculata nec partū aspici-
at vnigenit⁹ tuus ad petā. Sed
paruulor vlulat⁹ clemēter exau
di: ne in perēni subiciant inferni
formidolosa a deo pena. Eos de-
niq post sacri baptismatis vndā
regeneratos pducere dignerī ad
eterna gaudia. Secūdū iohānē.
IN illo tpe. Dixit iesus disci c.xvi.
pulis suis. Mulier cū parit c.
tristitiā habet: qr venit hora ei⁹.
Cū autē peperit puerū: iam non
meminit pressure ei⁹ pter gau-
diū / qr nat⁹ est homo in mundū.
Amen amen dico vobis: si qd pe-
tieritis patrē in noīe meo / dabit
vobis. Petite ⁊ accipietis vt gau
diū vestrū sit plenum. Offr. Aue Eccli.
maria parturiētiū cōsolatrix gra ple
na infantium subleuatrix: quia dñs est
tecū / ipsorū esto ptectrix: vt pre mulie-
ribus benedicta dicaris: ⁊ super oēs
benedictus a cunctis christicolis extol
latur fructus ventris tui. Secreta.

P Iissime xpe iesu qui absqꝫ doloꝛis cõtagiõe ex vtero virginali almifice matris tue in mũdum tua dignatiõe sanctissima poꝛta clausa exire dignatus es: cõcede ppicius: vt fruct⁹ ancillarũ tuarũ in oꝛbẽ terrarũ sanos ꝫ icolumes taliter disponas peruenire: ꝙ ad fontẽ baptismatis / vna tecum regenerari mereantur. Qui viuis. Cõio. In partu pueroꝝ / o maria sol tuus resplẽdeat mie quo lucente cetera post deum luminaria sunt quasi non sint. Postcõio.

B Eatissime spũs p quẽ cõdita sunt vniuersa / suppliciter tuas exaudire digner famulas: p quib⁹ has tue poꝛrigimus pietati pꝛeces: vt quẽadmodum tuo felici sancto iuuamine optãt liberari: ita suffragijs beatissime matris dei lumen gratie tue in earũ celeri expeditiõe infundere digneris. Qui cũ pře. ¶ Bñdictio mulieris post partũ añ ostiũ ecclesie. Impꝛimis dicat sacerd. hos ps. Leuaui oculos. Beati oẽs. cũ Gła pri Kyꝛie el. Chꝛiste eleysõ. Kyꝛie el. Př nř. Et ne nos inducas in tentationẽ. Sed libera nos a malo. Dñe saluã fac ancillam tuã. Deus meus sperantem in te. Mitte ei auxiliũ de sancto. Et de syon tuere eã. Esto ei dñe turris foꝛtitudinis. A facie inimici. Dñe exaudi oꝛationẽ meã Et clamoꝛ me⁹ ad te veniat. Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo. Oꝛemus. Oro

D Eus q hãc famulã tuam de partẽ di periculo liberasti: ꝫ eã in seruitio tuo deuotã esse fecisti: ꝛcede: vt tẽpoꝛali cursu fideliter pacto / sub alis mie tue vitã ppetuã et quietã cõsequat. Per d. Tuc aspgat mulier aqua bñdicta sacerdote dicẽte. Asperges me dñe hysopo. Deide inducat eã sacerdos p manũ dexterã in ecclesiã: dicendo. Ingredere in tẽplũ dei: vt habeas vitã eternã et viuas in secula seculoꝝ. Amẽ.

¶ Bñdictio panis i dieb⁹ dñicis. Impꝛimis legat sacerdos euãg. In pꝛĩcipio. Postea dicat vsicu. Sit nomẽ dñi bñdictum. Ex hoc nũc ꝫ vsqꝫ i sclm. Bñdicam⁹ dño. Deo gřas. Deide dicat Dñs vobiscum. Et cũ spũ tuo. Oꝛemus.

B Ene ✠ dic dñe hãc creaturã panis: sicut benedixisti quinqꝫ panes in deserto / vt oẽs gustãtes ex eo: tã coꝛpoꝛis ꝙ aie recipiãt sanitatẽ. In noie pris ꝫ filij: ꝫ spũsscti amen. Hic aspgat sacerdos aquã bñdicta sup panẽ

¶ Oꝛdo ad seruitiũ peregrinoꝝ Impꝛimis dñr ps. seqntes sup illos coꝛã altari pstratos postꝙ cõfessi sunt hoc modo incipiens. ps

A D te domie leuaui aiam meã: de⁹ me⁹ in te cõfido nõ erubescã. Neqꝫ irrideant me inimici mei: etenĩ vniuersi q sustinẽt te nõ ꝛfundent. Confundãtur oẽs iniqua agẽtes: supuacue. Uias tuas dñe demonstra mihi: ꝫ semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua ꝫ doce me q꞉ tu es de⁹ saluatoꝛ me⁹ / ꝫ te sustinui tota die. Reminiscere miserationũ tuar dñe: et miaꝝ tuarũ q a seculo sunt. Delicta iuuẽtutis mee: et ignoꝛantias meas ne memineris. Scdm miam tuã memẽto mei tu: pꝛopter bonitatẽ tuã dñe. Dulcis ꝫ rect⁹ dñs: ppt hoc legẽ dabit delinquẽtib⁹ Psal. xxiiij.

in via. Diriget mãsuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Universe vie dñi mia ꝛ vitas: req̄rẽtib⁹ testamẽtũ eius / ꝛ testimonia ei⁹. Propt nomẽ tuũ dñe ꝓpiciaberis pctõ meo: multũ est eñi. Quis est hõ q̄ timet dñm: legẽ statuit ei in via quam elegit. Aia ei⁹ in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terrã. Firmamentũ est dñs timentibus eũ: et testamẽtum ipsius vt manifestẽt illis Oculi mei semp ad dñm: quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice i me et miserere mei: q2 vnicus ꝛ pauper sum ego. Tribulatiões cordis mei multiplicate sunt: de necessitatib⁹ meis erue me. Vide humilitatẽ meã ꝛ laborem meũ: et dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos quoniã multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me Custodi aiam meã et erue me: nõ erubescã qm̃ speraui in te. Innocẽtes ꝛ recti adheserũt michi: q2 sustinui te. Libera deus israel: ex oĩbus tribulationibus suis. Gloria patri. ps.

psal. l. Miserere mei deus: secũdũ magnã miam tuã. Et secũdũ multitudinẽ miserationũ tuarũ: dele iniq̄tatẽ meã. Amplius laua me ab iniq̄tate mea: ꝛ a pctõ meo mũda me. Qm̃ iniq̄tatem meã ego cognosco: ꝛ peccatũ meũ ꝯtra me est semp. Tibi soli peccaui ꝛ malũ corã te feci vt iustificeris in sermonib⁹ tuis: et vincas cũ iudicaris. Ecce eñi in iniq̄tatib⁹ ꝯcept⁹ sum: ꝛ in peccatis concepit me mr̃ mea. Ecce eñi veritatẽ dilexisti: icerta ꝛ occulta sapientie tue manifestasti michi. Asperges me dñe hysopo ꝛ mũdabor: lauabis me et sup niuẽ dealbabor. Auditui meo dabis gaudiũ ꝛ leticiam: ꝛ exultabũt ossa humiliata. Auerte faciẽ tuã a pctis meis: ꝛ oẽs iniq̄tates meas dele. Cor mundũ crea in me de⁹: ꝛ spm̃ rectũ innoua in visceribꝰ meis. Ne ꝓiicias me a facie tua: ꝛ spm̃ sctm̃ tuũ ne auferas a me. Redde michi leticiam salutaris tui: ꝛ spũ pricipali cõfirma me. Docebo iniquos vias tuas: ꝛ impii ad te cõuertentur. Libera me de sanguinib⁹ deus deus salutis mee: ꝛ exultabit lingua mea iustitiã tuã. Domine labia mea aperies: ꝛ os meũ annũciabit laudẽ tuã. Qm̃ si voluisses sacrificiũ dedissem: vtiq̄ olocaustis nõ delectaberis. Sacrificiũ deo spũs contribulatus: cor ꝯtritũ ꝛ humiliatũ deus nõ despicies. Benigne fac dñe in bona volũtate tua syon: vt edificẽtur muri hierlm̃. Tũc acceptabis sacrificiũ iustitie oblationes ꝛ olocausta: tũc imponẽt sup altare tuũ vitulos. Gloria pri. ps.

Qui habitat i adiutorio altissimi: in ꝓtectiõe dei celi cõmorabitur. Dicet dño susceptor meus es tu: et refugiũ meũ de⁹ me⁹ spabo in eũ. Qm̃ ipse liberauit me de laqueo venãtiũ: ꝛ a verbo aspero. Scapulis suis obũbrabit tibi: et sub pẽnis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas ei⁹: nõ timebis a timore nocturno. A sagitta volante in die a negocio pambulãte in tenebris: ab icursu ꝛ demonio meri- ps. xc.

diano. Cadent a latere tuo mille et decē milia a dextris tuis: ad te autē nō appropinquabit. Verūtamen oculis tuis considerabis: & retributionē peccatorū videbis. Quoniā tu es domine spes mea: altissimū posuisti refugiū tuū. Non accedet ad te malum et flagellum nō appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mādauit de te: vt custodiāt te in oībus vijs tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. Super aspidē & basiliscū ambulabis: et cōculcabis leonē et drachonem. Quoniam in me sperauit liberabo eū protegā eū quoniam cognouit nomen meū. Clamauit ad me: & ego exaudiā eū cū ipso sum in tribulatione: eripiā eū / & glorificabo eum. Longitudine dierū replebo eū: et ostendam illi salutare meum. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater nr. Et ne nos. Sed libera nos. Ego dixi dñe miserere mei. Sana animā meā quia peccaui tibi. Vias suas dñs demonstret tibi. Et semitas suas edoceat te. Gressus tuos dirigat dñs secūdum eloquium suū. Ut nō dñetur tui oīs iniustitia. Utinā dirigantur vie tue. Ad custodiēdas iustificationes dñi. Perficiat dñs gressus tuos in semitis suis. Ut nō moueāẜ vestigia tua. Benedictus dñs deus die quotidie. Prosperū iter faciat tibi deꝰ salutariū nostroꝝ. Angelus dñi bonꝰ comiteẜ tecum. Et bene disponat itinera tua et actus tuos vt iterū cū gaudio reuertaris ad propria. Beati imaculati in via. Qui ambulāt in legi dñi. Nichil proficiat inimicus in te. Et filius iniquitatis nō apponat nocere tibi. Exurge dñe adiuua nos. Et libera nos propter nomē tuū. Dñe deus virtutū conuerte nos. Et ostende faciē tuam & salui erimus. Domine exaudi orationē meā. Et clamor meꝰ ad te veniat. Dñs vobiscū. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oro.

Adesto dñe supplicationibus nostris: & viā famuli tui N. in salutis tue prosperitate dispone: vt inter oēs vie & vite huius varietates: tuo semꝑ ꝓtegaẜ auxilio. Per xp̄m. Oremꝰ. Oro.

Deus qui ad vitā ducis & confidētes in te paterna ꝓtectione custodis: quesumus vt his p̄sentibꝰ famulis tuis N. a nobis egredientibꝰ: angelicū tribuas comitatū vt auxilio tuo ꝓtecti / nulliꝰ mali concutiank formidine nullo cōprimantur aduersitatis languore / nullius irruentis inimici molestenẜ insidijs: sed spacijs necessarij itineris pspo gressu peractis propriisqꝫ locis restituti: et recipienẜ sospites ac debitas exoluāt tuo nomini grās. Per xp̄m. Oremꝰ. Oro.

Deus qui diligētibꝰ te miam tuā semꝑ ip̄ēdis & a seruiētibꝰ tibi in nulla es regiōe lōginquus: dirige viā huiꝰ famuli tui N. in volūtate tua: vt te ꝓtectore / te ꝑducente ꝑ iustitie semitas sine offensiōe gradiaẜ. Per xp̄m. Hic surgāt peregrini a prostraẜ. Et sequaẜ bñd. pere et baculi. &c. Dñs vobiscū. Et cū spū. Oremꝰ.

Domine iesu xp̄e qui ineffabili tua miseratione ac patris iussione / spūsqꝫ sc̄ti cooperatiōe de celo descendere / ouēqꝫ perditam dyabolica seductione voluisti querere: atqꝫ propriis humeris ad ce-

lestis patrie gregē referre quiq; precepisti filijs matris ecclie: orā do petere / bene viuēdo q̄rere / ac pulsando pseuerare: vt cit⁹ inue nire valeāt salutaris premia vi te: te humiliter iuocamus: qua tenus sanctificādo bene ✠ dice re digneris has peras vel hāc pe ram ⁊ hos baculos vel hunc ba culum: vt quicunq; ea pro tui no minis amore ad instar humilis armature: lateri suo vel lateri bus suis applicare atq; suis col lis suspendere / siue in manibus suis gestare: sicq; peregrinando suffragia sanctor humili comi tante deuotione studuerint que rere: dextere tue ꝓtecti munimi ne / puenire mereant ad gaudia visionis eterne. Per te saluator mundi. Qui vi. Hic aspergatur aqua bñdicta et ponat sacerdos collo peregrini peram: dicens.

IN noīe dñi nostri iesu xp̄i accipe hanc peram habitū peregrinatiōis tue: vt bene casti gatus ⁊ saluat⁹ puenire merea tis ad limina sanctorū quo pge re cupis: ⁊ peracto itinere tuo ad nos reuertaris icolumis. Per eū dē. Et sic fiat alijs si sint plures. Hic tradat vni baculum dicens.

ACcipe hūc baculū sustēta tionis itineris ac laboris peregrinatiōis tue: vt deuincere valeas omnes cateruas inimici: et puenire secur⁹ ad limina san ctorū quo pgere cupis: ⁊ peracto obedientie cursu / ad nos iterū re uertaris cū gaudio. Per xp̄z. Et sic dicat alijs si sint pl'es. ¶ Bñ dictio crucis pgētis hierusalē. cū Dñs vobiscū. Et cū spū. Orem⁹

DEus inuicte potentie / pie tatis immēse / atq; pegri nātiū totius ꝯsolatiōis auxiliū: qui famulis tuis inuictissima ar ma tribuis: q̄sumus hāc crucem deuote humilitatis bene ✠ dice re digneris: vt venerande crucis vexillū cuius in eo est designata figura sit inuictissimū robur ser ui tui ꝯtra hostis antiq̄ nequissima tētamēta / sit i via defēsio / sit in domo tua ꝓtectio: sit nobis vbiq; presidiū. Per d. Hic aspgat aqua benedicta super vestē. Deinde si aliquis eor profecturus est hie rusalem: detur ei vestimētū cru ce signatū: sacerdote dicente.

ACcipe vestimētum cruce dñi saluatoris nr̄i signa tum: vt p illud salus / bñdictio et virtus / ꝓspere ꝓficiēdi ad sepul chrū ei⁹ tibi conuteꝫ. Qui cū deo patre. Et sic fiat alijs si sint plu res. Cōbustio crucis in carne pe grinis eūtib⁹ hierlm ꝓhibitū est in lege scdꝫ iura canonica sub pe na excōicationis maioris. ¶ His finitis dr missa p iter agētib⁹ mo re simplicis festi. ix. lect. Officiū.

ESto michi in deū ꝓte ctorē ⁊ in locū refugij vt saluum me facias: qm firmamentū meū et refugiū meū es tu: et propter nomen tuū dux michi eris ⁊ enu tries me. In tpe pascha. al'a al leluya. ps. In te domine speraui non confundar in eternum: in iustitia tua libera me et eripe me. Oratio. Ibidē p. xxx.

ADesto dñe supplicatiōib⁹ nr̄is ⁊ viā famulor tuor N. ⁊ N. in salutis tue ꝓsperita te dispone: vt inter oēs vie ⁊ vite

huius varietates: tuo sem͛p ꝓte-
gant auxilio. P. Lectio libri gen.

IN dieb⁹ illis. Locutus est
ad abrahā dicens. Dn̄e de⁹ ce
li/ qui tulit me de domo p̄tis mei
et de terra natiuitatis mee: q̄ lo-
cutus est michi: et iurauit dicēs.
Semini tuo dabo terrā hāc: ipse
mittet angelū suū corā te. Gr.
ps. xxx. Esto michi in deū ꝓtectorē ⁊ in locū re
Eodē. fugij/ vt saluum me facias. V. In te
dn̄e speraui nō confundar in eternum.
ps. cxiij Reit. Gr. Alla. V. Qui timēt dn̄m
sperēt in eū: adiuto: eorū ⁊ ꝓtecto: eo-
rum est. Si in tp̄e paschali cōtige-
rit hoc seruitiū: tūc dē scdm alla.
vnū ex illis q̄ scribunt post offiñ.
Quasi modo. Secūdū matheū.

c.x.A. IN illo tp̄e. Dixit iesus di-
scipulis suis. Eūtes p̄dica
te dicētes: q: appropinquabit re
gnum celorū. Infirmos curate/
mortuos suscitate: leprosos mū
date/ demones eijcite. Gratis ac
cepistis gratis date. Nolite pos-
sidere aurū neq͡ argētū in zonis
vestris. Nō perā/ nō calciamēta
neq͡ virgam: neq͡ duas tunicas
habeatis. Dignus est eñ opera
rius mercede sua. In quācūq͡ ci
uitatē itrraueritis iterrogate q̄s
in ea dign⁹ sit. Et ibi manete do
nec exeatis. Intrātes aūt domū
salutate eā dicētes. Pax huic do
mui. Et siquidē illa dom⁹ fuerit
digna: maneat pax vestra sup eā
Si autē nō fuerit digna: pax ve
stra ad vos reuertet. Et quicūq͡
nō receperit vos/ nec audierit ser-
mones vestros: exeuntes de do-
mo/ vel de ciuitate/ excutite pul
uerē de pedib⁹ v̄ris sup eā. Amē
dico vobis: tolerabilius erit ter-
re sodomorū ⁊ gomorreorū in die
iudicij q̄ illi ciuitati. Offr. Spe- ps. ix.
rent in te oēs qui nouerūt nomē tuum
dn̄e: qm̄ nō derelinq̄s querētes te: psal
lite dn̄o q̄ habitat in syō: qm̄ nō est obli
tus orationē pauperū. In tp̄e pasc.
alla. Hic offerāt pegrini. Secreta

PRopiciare quesumus dn̄e
supplicationib⁹ nostris: et
has oblationes quas offerimus
p famulis tuis benign⁹ assume:
vt viā illorū precedēte gratia tua
dirigas/ et subsequēte comitare
digneris: vt de actu atq͡ incolu-
mitate eorū secūdū mīe tue presi
dia gaudeam⁹. Per d. Cōio. Tu psal.
mandasti mādata tua custodiri nimis cxviij
vtinam dirigātur vie mee ad custodiē-
das iustificationes tuas. In tēpore
pascha alleluya alleluya. Postcōio

SUmpta q̄sumus dn̄e cele-
stis mysterij sacramenta
ad p̄speritatē itineris famulorū
tuorū p̄ficiāt: ⁊ eos ad salutaria
cuncta p̄ducāt. P. ¶ Post missā
dicat sacerd. has seq̄ntes orationes
sup peregrinos p̄stratos co-
rā altari siue p̄fecturi fuerit ad
hierlm: siue ad scti iacobi limina
vel ad aliā peregrinationē. Dn̄s
vobiscū. Et cū sp̄u tuo. Oremus

DEus infinite mīe ⁊ maie-
statis imēse: quē nec spa-
cia locorū/ nec interualla tēporū
ab his quos tuer/ adiūgūt: ade
sto famulo tuo vel famulis tuis
in te vbiq͡ cōfidēti vel cōfidētibus
⁊ presta: vt p viā quā iturus est
vel ituri sunt viā: dux et velcius
et comes esse digneris/ nichil ei
vel eis aduersitatis noceat/ ni-
chil difficultatis obsistat/ cūcta
ei vel eis sint salubria/ cūcta sint

et ꝓspera: vt sub ope dextere tue quicquid iuste petierit vel petierint desiderio celeri & ꝓspero cõsequatur vel cõsequatur effectu. Per xp̄m dñz. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne de⁹/ q es via/ veritas/ & vita: iter vestrũ vel tuũ in bñplacito suo disponat/ angelum suũ raphaelem in hac peregrinatiõe vr̃a vel tua custodē adhibeat: q ad loca desiderata cũ pace te eũdo pducat/ & cũ salute iterũ te ad nos redeundo reducat. Sit interuētrix tua vel vr̃a/ beata dei gẽitrix maria cũ vniuersis angelis & archãgelis/ patriarchis quoq & ꝓphetis Sint intercessores tui vel vestri sancti apostoli petrus et paulus cum ceteris apostolis/ martyribus/ cõfessorib⁹/ atq virginib⁹: obtineãtq tibi vel vobis sancti: quorũ queris vel queritis suffragia cũ oib⁹ sctis/ iusta desideria & prosperitatē: remissionēq oim peccatorꝝ/ ad vitam eternã. Per eundē dñm. ¶ Deinde cõmunicētur: & ita recedãt in nomine dñi.

¶ Dicendũ est q quotidie p aduentũ dñi qñ chor⁹ nõ regit vsq ad vigi. nati. do. & ab oct. epyphanie vsq ad quartã fer. añ pascha & a crastino sancte trinit. vsq ad aduē. dñi ante tertiã dz missa in capitulo p fidelib⁹ defunctis cũ dyacono & subdyacono albis cũ amictibus indutis tãtũ: nisi precedente die festũ duplex vel octa. cũ regimie chori ɔtigerit: tũc eñ nulla erit missa p defũctis in capitulo: & nisi qñ corp⁹ adest ꝑsens et etiã in ãniuersar. epor: tũc eñ ad altare autēticũ aliqñ dz missa: aliqñ ad alia altaria/ iuxta q corpora eorꝝ requiescunt humata. Itē nulla fer. i pasch. tpe dz missa capitularis p defunctis: nisi fuerit corp⁹ presens vel anniuersar. vel aliqd trigitale. Officiũ.

REquiem eternã dona eis domine: & lux ppetua luceat eis. ps. Te decet hymnus de⁹ in syon: et tibi reddetur votum in hierusalem: exaudi orationē meã: ad te omnis caro veniet. Eccle. depre catio. Psal. lxiiij.

¶ Nota q ad quãlibet missam que p corpore presenti celebrar cuiuscũq fuerit: nisi p rege: vel regina: vel alio magno domino dnq dñorũ. Prima oratio. Omipotēs sempiterne de⁹/ miam tuã supplices depcamur: vt animã famuli. Secunda oro. Deus qui iter apostolicos. Tertia oro. Deus venie largit. Quarta oro. Omipotēs & misericors deus vnica salus mortaliũ. Quinta oro. Fideliũ deus oim. Infra trigintale quinq dicunt orationes. Prima oro. Deus cui ꝓpriũ est misereri. nunc. & cetere orones. vt s. pro corpore presenti. Itē in tricesima die oēs orationes dñr vt supra

trigintale. In oibus anniuersa.
quinqȝ dicūt oratiões. Prima oro.
Deus indulgētia. Cetere vt s. p
corpore psiti. In anniuersarijs tū
simplicib⁹ cuiuscūqȝ canonici vel
cuiuscūqȝ alteri⁹ oro sic psiciet.
**Deus indulgentiarū dñe da aie
fa.** Si nulla p corpore psenti vel
anniuersarium cuiuscūqȝ fuerit
infra trigintale celebret. Prima
oro p corpore psenti vel anniuer
sa. dr. Scda p trigitali oro. **De⁹
cui ppriū.** minor. Tertia. **De⁹ q
inter apsticos.** Quarta. **De⁹ ve-
nie largi.** Quinta. **Fideliū.** Qn
autē dr missa ferialis i capitulo
pro defunctis/ tres dicunt oratio
nes. Prima **De⁹ q inter apsticos.**
Secunda. **Deus venie largitor.**
Tertia. **Fideliū.** Qñcunqȝ corp⁹
est psens ꝛ in anniuersarijs epor
et decanor ecclesie/ postq̄ execu
tor officij in inceptione misse al
tare thurificauerit: dyacon⁹ cū
thuribulo accedat: ꝛ corp⁹ illud
in feretro vel in tūba incēset: sic
ante euāge. dū tract⁹ canit. incē
sato prius altari: et tertio postq̄
sacerdos sacrificiū ante lotionē
loco suo dispositū thurificauerit
idē dyacon⁹ thurificet sicut pri⁹:
nō circūeundo corpus in feretro
vel tūbā/ sȝ ex vtraqȝ pte vtraqȝ
vice incipiēdo a capite/ semp ta-
mē thurificādo. Nunq̄ eni thu-
rificat corp⁹ ad **Placebo.** vel ad
Dirige. scdm vsum Sar. sȝ hoc
semp: nisi fuerit corp⁹ regis/ epi
comitis/ vel baronis. Quotidie
ante diē sepulture p corpore psen
ti cuiuscunqȝ fuerit dr ista. Oro.

**Deus cui ppriū est misere
ri semp et parcere te sup-
plices deprecamur p aīa famuli
tui quam hodie de hoc seculo mi
grare iussisti: vt nō tradas eā in
manib⁹ inimici/ nec obliuiscaris
in finem: sed iubeas illam ab an
gelis sanctis suscipi/ atqȝ ad re-
gionē viuorū pduci: ꝛ quia in te
sperauit ꝛ credidit: sanctor tuo
rū mereat societate letari. Per.**

¶ Pro corpore psēti ꝛ in anniuer
sarijs ꝛ trigintalibus epor et in
die aiarū tātū. Lectio epie beati
pauli apli Ad thessalonicenses. j.te.iiij

**Fratres. Nolumus vos
ignorare de dormiētibus** C.
**vt nō contristemini/ sicut ꝛ ceteri q
spem nō habēt. Si eni credimus
q iesus mortuus est ꝛ resurrexit
ita ꝛ de⁹ eos q dormierūt p iesum
adducet cū eo. Hoc eni vobis dici
mus in verbo dñi: q: nos q viui-
mus q residui sumus: in aduētu
dñi nō preueniemus eos qui dor
mierunt. Qm ipse dñs in iussu ꝛ
in voce archangeli ꝛ in tuba dei
descēdet de celo: ꝛ mortui qui in
xpo sunt resurgēt primi. Deinde
nos qui viuim⁹ q relinquimur/ si-
mul rapiemur cū illis in nubib⁹
obuiā xpo in aera: et sic semp cū
dño erim⁹. Itaqȝ cōsolamini in-
uicē in verbis istis.** ¶ In anniuer
sarijs ꝛ trigintalib⁹ aliorū quo
rūlibet. Lectio libri machabeor

In diebus illis. Vir fortissi ij.ca.
mus iudas collatiōe facta xij.C.
**duodecim milia dragmas argē-
ti misit hierosolymā: offerri ea
ibi p peccatis mortuorū/ iuste et
religiose de resurrectiōe cogitās
Nisi eni eos q ceciderāt resurre-
cturos speraret: superfluū vide-
retur ꝛ vanum orare p mortuis.**

Et q2 ꝯsiderabat q hi q cū pieta te dormitionem acceperāt opti mā haberēt repositā gratiā. Sā cta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a pctis soluanť. ¶ Hee due sequētes eple legātur p totū annū ad missam quotidianā p defunctis alternis vicibus p totā ebdomadā. Lectio libri apocalip. bti Johānis apli.

c.xiiij C. IN diebus illis. Audiui vo= cem de celo: dicētem michi. Scribe: beati mortui qui in dño moriūtur. Amodo eñ iam dicit spiritus: vt requiescant a labo= ribus suis. Opera enim illorum: sequuntur illos. Ad corinthios.

j.c.xv. C. FRatres. Christus resur= rexit a mortuis primitie dormiētiū. Qm quidē p hominē mors: ꝫ p hoiem resurrectio mor tuorū. Et sicut in adam oēs mo riunť: ita in xpo oēs viuificabū= tur. Unusqsqꝫ autē: in suo ordie.

¶ Qñcūqꝫ corp⁹ sit pſens cuiusc= cūqꝫ fuerit: ꝫ i oib⁹ missis p epis dr a tribus clericis de secūda for ma habitu nō mutato ad caput defuncti si adest: sinautē ad gra

ps.xxj. dum chori. Gr. Si ambulē in me= dio vmbre mortis nō timebo mala quo

Ibidē niam tu mecū es dñe. ℣. Uirga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Et idē Grad. semp incipiatur et suus ℣. percanteť a trib⁹ clericis de scda forma habitu nō muta= to ad caput defuncti si adest: sin= autē ad gradū chori. In oibus alijs missis p defunctis dicať se= quēs gr. a toto choro simul inte

Eccle depre catio. rim sedēte: nisi in die aiarū. Gr. Requiē eternā dona eis dñe: ꝫ lux ppe tua luceat eis. ℣. Iie cor in bonis de= morētur: ꝫ semen eius hereditet terrā. Ita q idē incipiať: ꝫ suus ℣. pca teť a trib⁹ clericis de scda forma habitu nō mutato: qñcūqꝫ corp⁹ adest pñs ad caput defuncti tm: sinautē ad gradū chori: et in die aiar i pulpito. Alias illō idē gr. Requiē eternā. et suus ℣. Iie cor in bo. quotiēscūqꝫ cātanť in āniuer sarijs ꝫ trigitalib⁹: ꝫ in missis fe rialib⁹ p defunctis post cor ince= ptionē a toto choro interi sedēte absqꝫ neuma i fine pcāteť. Qñ= cūqꝫ corp⁹ sit pſens / ꝫ i oib⁹ mis= sis p epis defunctis: dicať tract⁹ Sicut ceruus. ibidem vbi grad. a quatuor clericis de superiori gra du / habitu nō mutato / nequaq̄ vt in alijs tract. alternatim sedē tib⁹: sed interi cōtinue stātib⁹ ad caput corpis / qd pñs fuerit / vel epi defuncti si adest: sinautē ad gradum chori quousqꝫ finierint ipm tractū: ita q oēs illi quatu= or clerici / simul primū ℣. icipiāt quē duo ex pte chori principalis prosequanť. Sequēs ℣. ab alijs duob⁹ ex altera pte cāteť: ꝫ sic al ternis vicib⁹ singli ℣. toti⁹ tract⁹ ab illis quatuor dñr choro simul interim sedēte: ita quidē vt oēs simul ipz tract. terminēt. Tract.

SIcut ceruus desiderat ad fon tes aquarū: ita desiderat aia mea ad te deus. ℣. Sitiuit aia mea ad deū viuū: qñ veniā ꝫ apparebo ante fa ciem dei mei. ℣. Fuerūt michi lachry me mee panes die ac nocte: dū dicitur michi p singulos dies vbi est de⁹ tuus. ps.xlj et oia infra.

In anniuer. ꝫ trigi. ꝫ i oib⁹ alijs missis p defunctis dr sequēs tr. De pfundis. a toto choro alterna= tim siml' interi sedēte cū cātum

gr. sup hoc notato: nisi in die a[n]i[m]a[rum] tm: tūc eni[m] dicit cū eodē cantu quo in do. lxx. a. iij. clerici de superiori gradu hitu non mutato ad gradum chori supradicto mō quo scz tractū Sicut ceru[s]. Trac.

Psal. cxxix. De p[ro]fundis clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi vocē meā. V. Fiant aures tue intendētes: in orationē serui tui. V. Si iniq̄tates obseruaueris dn̄e dn̄e q[ui]s sustinebit. V. Q[uia] ap[u]d te p[ro]piciatio est: & p[ro]pter legē tuā sustinui te dn̄e.

¶ Pro corpe p̄nti & in oib[us] anniuersa. & trigintalibus epor[um] & in die aiarū: similiter in dnicis & in secūdis ferijs qn̄ dicit missa ferialiter in capitulo vel alibi: dicit sequēs euāgeliū. Scdm Johānē.

c.xj.C. In illo tpe. Dixit martha ad iesum. Dn̄e si fuisses hic frater meus nō fuisset mortuus. Sed & nūc scio: q[uia] quecūq[ue] poposceris a deo: dabit tibi de[us]. Dixit illi iesus. Resurget frater tuus. Dixit ei martha. Scio q[uia] resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei iesus. Ego sū[m] resurrectio: et vita. Qui credit in me: etiā si mortu[us] fuerit viuet. Et ois q̄ viuit & credit i me nō morieł in eternū. credis hoc? Ait illi. Utiq[ue] dn̄e. Ego credidi q[uia] tu es xp̄s fili[us] dei viui: q̄ i hūc mūdū venisti.

¶ Feria.iij. Secūdū Johannē.

ca.vj. G. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis & turbis iudeor[um]. Omne qd dat michi pr̄ ad me veniet: & eū q̄ venit ad me nō eiciā foras. Q[uia] descendi de celo/ nō vt faciā volūtatē meā: s[ed] volūtatē ei[us] q̄ misit me. Hec est autē voluntas eius q̄ misit me p[at]ris: vt oē qd dedit michi nō p[er]dā ex eo: sed resuscitē illud in nouissimo die. Hec est eni[m] voluntas p[at]ris mei q̄ misit me/ vt ois q̄ videt filiū & credit in eum: habeat vitā eternā. Et ego resuscitabo eū: in nouissimo die.

¶ Feria quarta. Scdm iohānē.

c.v.D. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis & turbis iudeor[um]. Amē amē dico vobis: q[uia] q̄ verbū meū audit & credit ei q̄ misit me/ habet vitā eternā. Et in iudiciū nō venit: s[ed] trāsiet a morte i vitā. Amē amē dico vobis: q[uia] venit hora & nūc est: qn̄ mortui audiēt vocem filij dei/ & q̄ audierint viuēt. Sicut eni[m] pr̄ h[abe]t vitā in semetipo: sic dedit & filio vitā habere in semetipso. Et potestatē dedit ei iudiciū facere: q[uia] fili[us] hois est. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua oēs q̄ in monumētis sūt audiēt vocē filij dei. Et p[ro]cedēt q̄ bona fecerūt i resurrectionē vite: q̄ vo mala egerūt: i resurrectionē iudicij.

¶ Feria.v. Scd[m] iohānē.

c.v.D. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: & turbis iudeor[um]. Sicut pater suscitat mortuos & viuificat: sic & fili[us] quos vult viuificat. Neq[ue] eni[m] pr̄ iudicat quē q̄: s[ed] oē iudiciū dedit filio/ vt oēs honorificēt filium sicut honorificāt patrē. Qui nō honorificat filiū: nō honorificat prē[m] eū q̄ misit illū. Amē amē dico vobis: q[uia] q̄ verbū meū audit et credit ei q̄ misit me/ habet vitā eternā. Et in iudiciū nō venit: sed trāsiet a morte in vitā.

¶ Feria.vj. S[cdm] iohannē.

ca.vi. E. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis & turbis iudeor[um]. Ego sum pa[nis viu]us: q̄ de celo descēdi. Si q

ps.xli et oia infra.

hoc pane: viuet in eternū. Et pa
nis quē ego dabo: caro mea est p
mūdi vita. Litigabāt ergo iudei
adiuicē: dicētes. Quō potest hic
carnē suā dare nobis ad mādu-
cādū? Dixit ergo eis iesus. Amē
amē dico vobis: nisi māducaueri
tis carnē filij hois et biberitis ei⁹
sanguinē / non habebitis vitā in
vobis. Qui māducat meā carnē
et bibit meū sanguinē: habet vitā
etnā. Et ego resuscitabo eū: i no-
uissimo die. ¶ Sab. S. Johānē.
c.vj.F In illo tpe. Dixit iesus disci
pulis suis et turbis iudeoꝝ.
Amē amē dico vobis: nisi man-
ducaueritis carnē filij hois et bi-
beritis ei⁹ sanguinē / nō habebi-
tis vitā in vobis. Qui māducat
meā carnem et bibit meū sangui
nem: habet vitā eternā. Et ego
resuscitabo eū: in nouissimo die.
Ecce oratio et oia infra. Offr. Dñe iesu christe rex glorie libe
ra aias omniū fidelium defunctorū de
manu inferni et de profundo lacu: libe-
ra eas de ore leonis ne absorbeat eas
tartarus: ne cadāt in obscura tenebra-
rū loca: sed signifer sanctus michael re
presentet eas in lucem sanctam. Quā
olim abrahe promisisti / et semini eius.
¶ Notandū est q̄ qñcūq3 tempus
adest pñs / et i oib⁹ anniuersarijs
et trigintalib⁹ post ablutionem
manuum: incipiat sacerdos iun
ctis manibus in medio altaris.

Hostias et preces tibi dñe offerim⁹
Chorus rñdeat. Tu suscipe p ani-
mabus illis quarū memoriā agimus:
fac eas dñe de ... ansire ad vitā.
...dos priuati.

In spū humilitatis. more solito
Deinde conuersus ad populū di
cat similiter priuatim. Orate fra-
tres et sorores pro fidelibus defunctis.
Chor⁹ rñdeat cātādo. V. Requiē
eternā dona eis dñe et lux perpetua lu-
ceat eis. Quā olim abrahe pmisisti et se
mini eius. In oib⁹ vo alijs missis
pro defunctis q̄ ferialiter dicunt
nec qñ vltimo āte pascha cōplet
officiū mortuorū / nec etiā in die
aiarū dr. In die aiar tm. Offr.
O pie de⁹ q̄ primū hoiem ad eternā glo Ecce
riā reuocasti: pastor bone q̄ ouē pditā vor/ et
pio humero ad ouile reportasti: iuste omnia
iudex dum veneris iudicare libera de infra.
morte animas eorū quas redemisti / ne
tradas bestijs animas cōfitentes tibi:
ne derelinquas eas in fine. Ante diē
sepulture p defunctis. Secreta.
Suscipe q̄s dñe misericors
pater oblationē quā tibi
offerim⁹ p aia famuli tui N. quā
hodie de carnali corruptione libe
rasti: et concede / vt ab oibus huma
ne cōditionis excessib⁹ his reme-
dijs expiet: et in requie sempiter-
na diē resurrectiōis prestolet. p.
In oib⁹ missis p corpe pñti / et in
oibus anniuersarijs et trigintali-
bus: et in die aiarū / et qñ vltimo
fit seruitiū mortuorū an pascha
dicit hec Cōio. Pro quorū memoria
corpus xpi sumit dona eis dñe requiē
sempiternā. V. Et lux perpetua luceat
eis. Pro quorū memoria sanguis xpi
sumit dona eis dñe requiē sempiternā.
In oib⁹ alijs missis p defunctis
dicitur hec Cōio. Lux eterna luceat
eis dñe: cū sanctis tuis in eternū quia
pius es. cū V. Requiē eternā dona eis
dñe: et lux ppetua luceat eis. cū repe-
titione Cum sanctis tuis in eternū q3

pius es. Secūdū oēs libros sar ecclesie ante diē sepulture. Postcō.

PResta q̄s oīps deus: vt animā famuli tui N. ab angelis lucis susceptā in p̄parata habitacula deduci facias beatorū. Per d. ¶ In die sepulture cuiuscunqꝫ corpus fuerit d̄r ista Orō.

OMnipotēs sempiterne de⁹: clemiam tuā supplices dep̄camur: vt animā famuli tui cuius corpori debitū sepulture officiū p̄soluim⁹: in sinū abrahe p̄triarche tui iubeas collocari: vt cū dies agnitiōis tue aduenerit: inter sctōs ꝛ electos tuos eū resuscitari p̄cipias. Per d. Secreta

SUscipe dñe p aīa famuli tui hostiā quā deo patri obtulisti p nobis benigne: ꝛ quia causa hominū descendisti de celis: te redeūte sanctorꝫ tuorꝫ mereatur adiungi cōsortijs. Per te saluator mundi qui cū deo patre et spiritu sancto. Postcōmunio.

PResta q̄s dñe vt aīa famuli tui cui corpori hodie officia hūanitatis exhibem⁹: his sacrificijs expiata saluatiōis tue perpetuo munere gratulet. Per dñm. ¶ In die trigintali. Orō.

DEus cui proprīū est misereri semp et parcere: p̄piciare aīe famuli tui: ꝛ oīa peccata eius dimitte: vt mortis vinculis absolutus: trāsire mereatur ad vitā. Per d. Secreta.

INtuere quesum⁹ oīpotēs eterne deus: ꝛ placatus suscipere dignare hoc sacrificiū qd tibi offerimus p aīa famuli tui: ꝛ concede illi pacem perpetuā ꝛ requiē sempiternā. Per d. Postcō.

PRosit quesumus dñe anime famuli tui diuini celebratio sacramēti: vt eius in quo sperauit ꝛ credidit: eternum capiat te miserāte ꝯsortiū. Qui te. ¶ In anniuersarijs. Oratio.

DEus indulgentiarū dñe: da aīe famuli tui cui⁹ āniuersariū depositionis diē cōmemoramus refrigerij sedem quietis beatitudinē: luminis claritatem. Per dominū. Secreta.

PRopiciare quesumus domine supplicationib⁹ nostris p aīa famuli tui cuius hodie annua dies agit: pro qua tibi offerimus sacrificium laudis: vt eam sanctorꝫ tuorꝫ ꝯsortio sociare digneris. Per dñm. Postcōio.

PResta q̄s dñe vt aīa famuli tui cuius anniuersariū depositiōis diē recolim⁹: his purgata sacrificijs indulgētiā pariter ꝛ requiem capiat sempiternam. Per. ¶ Pro episcopis. Orō.

DEus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pōtificali fecisti dignitate cēseri: presta q̄s: vt quorꝫ vicē ad horā gerebāt in terris: eorꝫ p̄petuo cōsortio letent in celis. p. Secre.

OFferimus tibi dñe oblatiōnē nr̄e seruitutis p aiab⁹ famulorꝫ tuorꝫ pontificū supplicātes: vt cū p̄sulib⁹ apl̄ice dignitatis quorū sunt executi officiū: habere mereant sempiterne btitudinis portionem. Per. Postcōio.

PRoficiat q̄sumus dñe animabus famulorꝫ tuorꝫ pōtificū diuini celeb[illegible] myster[illegible] vt quos in terris [illegible] os [illegible] muneris [illegible]

sti: inter electos antistites eos iubeas cõnumerari. Per d. ¶ Pro fratribus ⁊ sororibus. Oratio.

Deus venie largitor ⁊ humane salutis amator / q̃s clemẽtiã tuã: vt nostrarum cõgregationũ fratres ⁊ sorores: qui ex hoc seculo trãsierũt: itercedẽte btã maria sẽp virgĩe / ⁊ btõ michaele archãgelo cũ oĩbꝰ sctis ad ꝑpetue btitudinis cõsortiũ ꝑuenire cõcedas. Per d. Secreta.

Deus cuiꝰ mĩe nõ est numerus: suscipe ꝓpiciꝰ p̃ces humilitatis nr̃e: ⁊ aiabꝰ fratrũ ⁊ sororũ nr̃arum ꝯgregationũ / qbꝰ tui nois dedisti ꝯfessionẽ: ꝑ hec sacramẽta salutis nr̃e cunctorum remissionẽ tribue pctõrum. Per. Postcõ.

Presta quesumꝰ omnipotẽs ⁊ misericors deus: vt anime fratrũ ⁊ sororum nostrarum cõgregationũ: ꝓ qbꝰ hoc sacrificiũ laudis tue obtulimus maiestati: per huius sacramẽti virtutẽ a peccatis oĩbꝰ expiate: lucis ꝑpetue te miserãte recipiant beatitudinẽ. Per. ¶ Pro bñfactoribus. Orõ.

Oĩps et misericors deus: vnica salus mortaliũ / te supplices exoramꝰ ꝓ aiabus famulorũ famularũq; tuarũ / parẽtũ ⁊ bñfactorũ nr̃orum: vt intercedẽte btã dei genitrice maria cũ oĩbus sctis tuis / pctõrum eis largiri digneris indulgẽtiã / ⁊ in nouissimo die beate resurrectionis leticiã. Per eundẽ. Secreta.

Sanctifica q̃s dñe hec fidelium oĩm vitalia sacramẽta [illegible] ea inte[illegible]nẽte btã dei genitrice mari[illegible] oĩbꝰ sctis tuis / cõ[illegible]ciat aiabꝰ famulorum famularũq; tuarũ / parẽtũ / ⁊ bñfactorum nostrorum: vt ab oĩbus viciis expiate: pabulo vite reficiant eterne. Per eũd. Postcõ.

Uiuificet nos q̃sumꝰ domine salutare quo pasti sumus sacramẽtũ: ⁊ interueniente beata dei genitrice maria cũ oĩbus sanctis tuis: concede vt hoc ipsum ꝓficiat aiabꝰ famulorum famularũq; tuarũ parentũ ⁊ bñfactorũ nr̃orum ad ꝓmerẽdã tue ꝓpiciatiõis gratiã / ⁊ ꝑcipiẽdã future resurrectiõis gloriã sempiternã. ꝑ eũdẽ. ¶ Pro abbate. Orõ.

Presta q̃s dñe vt aĩa famuli tui abbatis quẽ in hoc seculo cõmorãtẽ sacris muneribꝰ decorasti: in celesti sede gloriosa semper exultet. Per. Secre.

Suscipe quesumus dñe hostias quas tibi pro aĩa famuli tui abbatis humiliter immolamus obsecrãtes mĩam tuã: vt cui sacerdotale officiũ contulisti: dones et meritũ. Per. Postcõio.

Concede q̃s oĩps deus: vt ꝑ hec sãcta mysteria aĩa famuli tui abbatis i ꝯspectu tuo clara ꝯsistat / q tibi fideliẽ ministrauit. Per d. ¶ Pro sacerdote. orõ.

Deus cuiꝰ mĩe nõ est numerus / suscipe ꝓ aĩa famuli tui sacerdotis p̃ces nr̃as ⁊ lucis et leticieq; regionẽ in sctõrũ tuorum societate ꝯcede. ꝑ d. Secre.

Quesumus dñe deꝰ noster: vt oblationẽ quã tibi offerimus pro aĩa famuli tui sacerdotis placatus accipias: ⁊ quem tuis altaribus seruire tribuisti: ad beatorũ ꝑuenire iubeas cõsortia sacerdotũ. Per do. Postcõio.

PResta q̄s oipotēs deus: p hec sancta mysteria aie famuli tui sacerdotis eterne felicitatis consortiū: cui donasti sacri altaris cōsequi ministeriū. Per.

¶ Pro patre / et matre. Oratio.

DEus q̄ nos patrē et matrē honorare p̄cepisti: miserere clemēter aiab⁹ patris et matris mee / eorūq̄ peccata dimitte: meq̄ eos in eterne claritatis gaudio fac videre. p. Secreta

SUscipe dn̄e hoc sacrificiū quod tibi p animabus patris et matris mee offertur / eisq̄ gaudiū sempiternū in regiōe viuorū cōcede: meq̄ cū eis felicitati sanctor adiunge. p do. Postcōio.

CElestis domine participatio sacramēti animab⁹ patris et matris mee: requiē et lucē obtineāt ppetuā: meq̄ cum illis gratia tua coronet eterna. Per.

¶ Pro quolibet defuncto. Orō.

DEus cui soli ꝯpetit medicinā p̄stare post mortē: tribue q̄s. vt aia famuli tui ab oib⁹ eruta petis electorꝫ tuorꝫ societatib⁹ aggreget. p. Secreta

SUscipe quesumus domine hanc oblationē quā tibi offerimus p anima famuli tui vt requiem eternā dones et inter sanctos et electos tuos / quatenus illorum cōsortio et vita perfruatur eterna. Per d. Postcōio.

AScendant ad te dn̄e preces nostre / et p hec sancta que sumpsimus aia famuli tui gaudia eterna suscipiat: vt quē fecisti adoptionis participem: iubeas hereditatis tue esse cōsortē. Per. ¶ Pro amico defuncto. orō

Sar.

ADiuua nos deus salutaris noster: et btissime dei genitricis semp̄ v̄ginis marie precibus exorat⁹: aiam famuli tui in beatitudinē sempiterne lucis constitue. Per. Secreta.

SUscipe q̄s dn̄e hostias placationis et laudis quas in honore btē dei genitricis marie nomini tuo ꝯsecrādas offerim⁹: et p requie famuli tui tibi suppliciter imploramus. p. Postcōio.

AScendant ad te dn̄e p̄ces nre: et aia famuli tui gaudia eterna suscipiat: et quē fecisti adoptiōis participē: intercedēte beata dei gēitrice maria iubeas hereditatis tue esse ꝯsortē. p eūd.

¶ Pro defūcto morte p̄uēto. orō

OMnipotens et misericors deus in cuius potestate humana cōditio cōsistit: animā famuli tui q̄sumus ab oibus absolue petis: penitētie fructum quē voluntas eius optauit: preuent⁹ morte nō pdat. p. Secreta.

SAtisfaciat tibi dn̄e q̄s pro anima famuli tui sacrificij presentis oblatio: et peccatorū veniā quā quesiuit inueniat: et q̄d officio vocis implere non potuit: desiderate penitētie fructū te largiente perficiat. Per. Postcōio.

DEus a quo p̄stat hūanis cordib⁹ oē q̄d bonū est / tribue p hec sancta q̄ sumpsim⁹: vt sicut anime famuli tui penitētiā velle donasti sic indulgētiā tribuas miseratus optatā. p d. ¶ Pro masculis familiari[illegible]

OMnipotēs se[illegible] cui nūq̄ sine [illegible] plicat[illegible]

mulorū tuoꝝ: vt qui de hac vita
in tui nominis cōfessione decesse-
runt: sctōꝝ tuoꝝ numero facias
aggregari. Per dn̄m. Secreta.

PRopiciare quesumus dn̄e
aiabus famulorū tuoꝝ ꝓ
quib⁹ hostias tibi placatiōis offe
rimus: et quia in hac luce in fide
māserūt catholica: in futura eis
vita misericordissima retributio
condonetur. Per dn̄m. Postcōio.

HEc nos cōmunio dn̄e pur-
get a crimine: et animab⁹
famuloꝝ tuoꝝ celestis gaudij tri
buat consortiū. vt ante tribunal
glorie christi tui segregati cum
dextris: nichil cōmune habeant
cum sinistris. Per eūdem. ¶ Pro
feminis familiaribus. Oratio.

QUesum⁹ dn̄e ꝓ tua pieta-
te miserere aiab⁹ famula
rū tuaꝝ: ⁊ a contagijs mor
talitatis erutas: in eterne salua
tiōis partē restitue. p d. Secreta

HIs sacrificijs dn̄e anime
famularꝝ tuaꝝ a peccatis
oībus eruaꝝ: sine quibus a culpa
nemo liber extitit ⁊ ꝑsta: vt p hec
pie placationis officia/ perpetuā
miam cōsequāꝝ. Per d. Postcōio.

INueniāt q̄sumus dn̄e ani-
me famularū tuarū lucis
eterne cōsortiū: cui⁹ ppetue mie
cōsecute sunt sacramētū. Per d.
¶ Pro femina defuncta. Orō.

MAiestatē tuā q̄sumus
dn̄e suppliciter depre-
camur: vt aīa famule
tue ab oīb⁹ que huma
[illegible] ruta: in tuoꝝ cēsea
[illegible] tor. Per d. Secreta.
[illegible]s tibi domine humili
[illegible]e deferim⁹: de-

precantes maiestatē tuā: vt aīa
famule tue p hec pie placationis
officia ꝑuenire mereaꝝ ad requiē
sempiternā. Per dn̄m. Postcōio.

PResta q̄s dn̄e aīa famule
tue miam sempiternā: vt
eam mortalibus nexibus expedi
tā: lux eterna possideat. Per do.
¶ Pro trigintalibus. Oratio.

INclina dn̄e aurē tuā ad
preces nr̄as quib⁹ miam
tuā supplices deꝑcamur:
vt aīas famulorū famularūq;
tuarū: quas de hoc seculo migra
re iussisti: in pacis ac lucis regiōe
constituas/ ⁊ sctōꝝ tuoꝝ iubeas
esse consortes. Per do. Secreta.

ANimas famulorū famu-
larūq; tuarū: quesumus
dn̄e ab oīb⁹ vitijs cōditionis hu-
mane hec absoluat oblatio: que
etiā toti⁹ mundi tulit immolata
peccatum. Per dn̄m. Postcōio.

ANnue nobis dn̄e per hoc
sacrificiū qd sumpsimus
vt anime famulorū famularūq;
tuarum remissionē quā semper
optauerunt mereantur percipe-
re delictorum. Per dn̄m nostrū.
¶ Pro benefactoribus. Oratio.

MIserere q̄s dn̄e aiab⁹
oīm bn̄factoꝝ nostroꝝ
defunctoꝝ: ⁊ p benefi
cijs que nobis largiti
sunt in terris: premia eterna cō-
sequanꝫ in celis. Per d. Secreta.

PLaceat tibi dn̄e sacrificij
presentis oblatio/ pro nr̄a
omniūq; benefactoꝝ nr̄oꝝ salu-
te: quorū quarūq; memoriā spe-
ciali affectu recolim⁹: omnibusq;
christianis viuis ac defunctis mi
serere propicius. Per d. Postcōio

Sumpta sacramenta dñe nos absoluant a vinculis peccatoꝝ: ꝛ aiabus oim benefactoꝝ nostroꝝ defunctoꝝ ꝯsortia obtineāt spirituū btōꝝ. Per do.

¶ Pro quiescētib⁹ in cimiterio. Orō

Deus in cuius miseratione anime fideliū requiescunt aiab⁹ famulorū famularūq; tuarū omniū hic ꝛ vbiq; in xp̄o quiescentiū: da ꝓpicius veniā pctōꝝ: vt a cūctis reatib⁹ absoluti / tecū sine fine letent. Per do. Secreta.

Pro aiab⁹ famuloꝝ famularūq; tuarū omniū hic et vbiq; in xp̄o quiescētiū: hostiā dñe suscipe benignus oblatā: vt hoc sacrificio singulari vinculis horrēde mortis exute: vitā inuenire mereant eternā. p eūd. Postcōio

Deus fideliū lumē aiaꝝ adesto ꝓpici⁹ inuocatiōib⁹ nr̄is et da famulis ꝛ famulabus tuis quoꝝ corpa hic ꝛ vbiq; i xp̄o requiescunt: refrigerii sedē: qetis btitudinē / luminis claritatē. Per eūdē.

¶ Pro qb⁹ orare tenemur. Orō.

Concede qs dñe de⁹ nr̄ vt aie famuloꝝ famularūq; tuarū / quorū quarūq; cōmēoratio nem speciali deuotiōe agim⁹: ꝛ p qb⁹ orare iussi ꝛ debitores sum⁹: atq; oim bn̄factoꝝ nr̄oꝝ / ac oim consanguineoꝝ ꝛ familiariū nostroꝝ / cūctorūq; fideliū in finib⁹ sanctoꝝ tuoꝝ requiescāt: moxq; ex mortuis resuscitati tibi placeāt in regione viuoꝝ. Per. Secreta.

Hec munera qs dñe q̄ oculis tue maiestatꝭ offerim⁹ animab⁹ famulorū famularūq; tuarū: quorū quarūq; cōmemorationē speciali deuotiōe agim⁹: et p qbus orare iussi et debitores sum⁹: atq; oim bn̄factorū nostrorū / necnō ꝯsanguineoꝝ nostroꝝ ac familiariū nr̄orū / cunctorūq; fidelium salutaria esse cōcede: vt tua pietate vīculis horrēde mortis exute: eterne btitudinis mereant esse participes. p. Postcōio

Deus qui inestimabili mīa aias mortalium ab angustiis trāsfers ad requiē: ꝓpiciare supplicatiōibus nr̄is p aiab⁹ famuloꝝ famularūq; tuarū quoꝝ quarūq; cōmēorationez speciali deuotiōe agim⁹ / ꝛ p qbus orare iussi ꝛ debitores sumus: ꝛ oim benefactoꝝ nr̄oꝝ / necnō cōsanguineorū ac familiariū nr̄oꝝ cūctorūq; fideliū: vt eas paradiso restituens in tuoꝝ cēleas sorte iustorū. Per dñm. ¶ Pro omnibus fidelibus defunctis. Oratio.

Fideliū de⁹ oim ꝯditor ꝛ redēptor: aiab⁹ oim fideliū defunctoꝝ remissionē cūctoꝝ tribue pctōꝝ: vt indulgētiā quā sēp optauerūt: piis supplicationib⁹ ꝯsequant. Qui. Secreta.

Hostias qs dñe quas tibi p aiabus oim fideliū defunctoꝝ offerim⁹ / ꝓpiciat⁹ itēde: vt qb⁹ fidei xp̄iane meritū ꝯtulisti / dones ꝛ p̄miū. Per do. Postcōio.

Animab⁹ qs dñe oim fideliū defunctoꝝ orō pficiat supplicātiū: vt eas ꝛ a pctis oib⁹ eruas / ꝛ tue redēptionis facias esse pticipes. p d. ¶ Orō gñalis.

Pietate tua qs dñe nostrorū solue vincula oim delictorū: ꝛ intercedēte beata

et gloriosa semper virgine dei ge
nitrice maria cũ oĩbus sctis tuis
dñm papã / reges / ꝛ principes / ꝛ
epõs / ꝛ abbates / ꝛ omnẽ plebẽ il
lis cõmissam: nosqꝫ famulos tu-
os / atqꝫ loca nostra in oĩ scitate
custodi: oẽsqꝫ cõsanguinitate ac
familiaritate vel ꝯfessione ꝛ ora
tiõe nobis iũctos seu oẽm pplm
catholicũ a vicijs oĩb⁹ purga vir
tutib⁹ illustra / pacẽ ꝛ salutẽ no-
bis tribue: hostes visibiles ꝛ invi-
sibiles remoue / pestẽ et famẽ re-
pelle / inimicis nr̃is et amicis nr̃is
verã charitatẽ atqꝫ ĩfirmis sani
tatẽ largire / ꝛ iter famuloꝝ tuo
rũ in salutꝫ tue ꝓspitate dispone:
et oĩb⁹ fidelib⁹ viuis ac defũctis
in terra viuentiũ vitã ꝛ requiem
eternã ꝯcede. Per eũd. Secreta.

DEus q̃ singulari corporis
tui hostia totius mũdi sol
uisti delicta: hac oblatione placa
tus maculas peccatoꝝ nostrorũ
absterge: ꝛ oĩm xp̃ianorũ fideliũ
viuoꝝ atqꝫ mortuoꝝ peccata di-
mitte: nobisqꝫ intercedẽte beata
et gloriosa semper virgine dei ge
nitrice maria cũ oĩbus sctis tuis
premia eterna largire saluator
mũdi. Qui cũ deo pr̃e. Postcõio.

SUmpta sacramẽta q̃s do
mine oĩa crimina nr̃a deter
gãt: oẽmqꝫ prauitatẽ ꝛ hostilem
impugnationẽ visibilẽ ꝛ inuisibi
lẽ: seu ĩfirmitatẽ atqꝫ subitã mor
tẽ meritꝫ btẽ dei gẽitricis semper
virgis marie / ꝛ oĩm sctoꝝ tuorũ
intercessione / a nobis ꝓcul repel
lant: ꝛ oĩbus fidelib⁹ viuis ac de-
functis ꝓsint ad veniã / ꝓ quorũ
quarũqꝫ tibi sunt oblata salute.
Per eundẽ dñm. ¶ Orõ gñalis.

SAnctissime dei genitri
cis semper virgis ma-
rie / ꝛ beatarũ oĩm cele
stium virtutũ sanctoꝝ
quoqꝫ patriarchaꝝ / ꝓphetarũ /
apl'oꝝ / euãgelistarũ / martyrũ /
confessoꝝ / atqꝫ virginũ ꝛ oĩm si-
mul sctoꝝ tuoꝝ / q̃s oĩps de⁹ meri
tis ac precib⁹ placat⁹ / tribue no-
bis miam tuã ꝛ da ꝓplo tuo inuio
labilem fidei firmitatẽ ꝛ pacẽ: re
pelle a nobis hostẽ / ꝛ famẽ / ꝛ pe
stẽ: da nobis in tua virtute cõstã-
tiã et fortitudinẽ inuicte hostib⁹
nr̃is formidinẽ et inualitudinẽ:
retribue oĩb⁹ nobis bona facientì
bus / vite eterne beatitudinẽ: da
inimicis nr̃is ꝛ ꝓsequẽtib⁹ nos re
cognitionẽ et indulgẽtiã: cõcede
defunctis nr̃is ꝛ oĩb⁹ in xp̃o quie
scẽtib⁹ remissionẽ oĩm peccatoꝝ:
et requiẽ sempiternã. p. e. Secre.

IN cõspectu diuine maiesta
tis tue q̃s oĩps de⁹ / intercedẽ
te sctissima dei genitrice semper
virgine maria: ꝛ btis oĩb⁹ celesti
bus virtutib⁹ / sctis quoqꝫ ꝑriar
chis / ꝓphetꝭ / aplis / euãgelistis
martyrib⁹ / ꝯfessorib⁹ / ꝛ virgini
bus: atqꝫ oĩb⁹ simul sanctis tuis
oblatiões nr̃e ꝛ preces acceptabi
les ascendãt / ꝛ tua ꝓtectiõe: ve-
niã nobis ꝛ pacẽ tribue: hostẽ / fa
mẽ / ꝛ pestẽ a nobis repelle: fidẽ /
spem / ꝛ charitatẽ nobis largire
defensiõe tua / nos semꝑ ꝓtege:
hostiũ nostroꝝ supbiã et virtutẽ
cõtere: oĩb⁹ nobis bona faciẽtib⁹
grẽ tue abũdantiã tribue: discor
dãtes ad pacis bona cõuerte: de-
functis nostris requiẽ cõcede: et
oĩbus fidelib⁹ tuis / vitã sempi-
ternam largire. Per. Postcõio.

